

CANDIDATUS RHETORICÆ,

SEU

APHTHONII PROGYMNASMATA,

In meliorem formam, usumque redacta.



AUCTORE

P. FRANCISCO POMEY,

è Societate IESU.



GENUÆ, MDCLXX.

Apud Ioannem Baptistam Tiboldum. Typographum Serenis. Reipub.

SUPERIORUM PERMISSU.

Ad instantiam Ioseph Bottarij Bibliop. Genuæ.



CANDIDATIS ELOQVENTIAE.



VEMCVNQVE præferatis veste colorem, HVMANIORVM MVSARVM ALVMNI LECTISSIMI, vos Candidatos dicam Eloquentiæ, meum hunc vobis CANDIDATVM RHETORICÆ de dicans. Scitis, prætextam, apud Romanos veteres, solitos induere candidam, qui honores in Republica peterent; huiusque modi, ac coloris insignes habitu, suffragia rogasse in comitijs, & prehensasse magistratus. Haud opus est, priscum illum morem, alba cum veste induatis, vos vt appellem Candidatos. Nihil in vobis, præter ingenij candorem, requiro candidi; solam requiro diligentiam, vt consequamini quod ambitis. Ambitis enim, dissimulare non potestis, & vel atrati (si quis forte vestrum atratus est) quotidie Candidatorum obitis officia. Quid enim aliud, quæso, agitis, dum per Campum non Martium, sed Appollineum, circumcursatis frequentes & assidui, non paucis diebus, sed multis annis? Dum Latij Primores, Reique publicæ literariæ Senatores, & Consules conuenitis, rogatis, osculamini, deducitis domum, reducitisque in comitia; & fauoris captandi causa, eorum dicta scriptaque laudibus effertis, prædicatis orationis elegantiam, maiestatem extollitis, splendorem celebratis, sententiarum expeditis pondus, verbaque singula colligitis, memorieque com-

commendatis? Ambitis, inquam, prehensatione illa continenti & sedula, supremam in Regina Sabaudæ curia dignitatem, nec ambitionem tegitis vestram; Nam quid esset, cur tegeretis? In ac Republica, virtus est, non crimen, Ambitus; reorum loco sedent, qui non ambiunt; moderatio hic probro vertitur; priuatæque vitæ amor, odium est publici boni: Neque verò verendum est, vt vos de Ambitu quis arguat, arceatq; aditu honoris, ad quem vos Parentes educant, & Patria euectos cupit. Ego certè, vestram, hoc in genere, ita laudo cupiditatem laudis honestissimæ, vt omni etiam, si qua in his comitijs valeo gratia, velificari omnium votis, meorum sit votorum maximum, nec voce hortari solum, sed stylo etiam stimulare singulos, vt nullum faciatis prehensandi finem. Idcircò meum hunc vobis CANDIDATVM RHETORICÆ *offero, qui, vt habet in mandatis, per omnes vos deducat Latinas tribus, & Centurias; doceatque, quibus sint verborum vrbanitatibus demerenda suffragia, qua circuitione figuratum officijs, quo ornatu & orationis ambitu, sit ambiendus obtinendusque, quem postulatis, summus honor: denique vobis indicet, qua possitis arte fieri de Candidatis Purpurati, Patritijque de plebeijs, & ab humilibus Grammaticæ subsellijs, sublimia Oratorum suggesta scandere; abiectâque puerili prætexta, inter Patres Patratos Eloquentiæ considere. Hunc igitur, pro ingenita vobis comitate, humaniter accipite,* HVMANIORVM LITERARVM STVDIOSI, *& studenti vestres commodis ac gloria, vicissim* STVDETE; *ac studendo, semper* VALETE.

LE-

LECTORI CANDIDO.

QVID corrugas nasum, malevole Aphthonius hic non est, inquis, sed liber Rhetoricus: Nec enim de Periodo, Figuris, Oratorij, & Amplificatione somniavit usquam bonus Aphthonius. Ain' tu? At ego somniavi, & meum haud vanum esse puto, anileque somnium. Quid? Annon faciendi Chrias, ut sileam de cæteris, Aphthonius præscripsit artem? Præscripsit sanè. Age sanè, in Chriis effigendis, quid putas esse faciendum, amabo te? Dictum factumve quodpiam, inquis, amplificandum est oratione. Dicis, quod est: At tunc id præstare valeas, si tornare nescis Periodum, si Rhetoricarum usum Figurarum ignoras, nec Amplificandi præcepta calleas? Haud quidem, ais harum rerum ignarus, id quiscam præstet. At hæc sunt, inquam, quæ idcircò existimavi, Aphthonii præmittenda esse præceptionibus. At enim, Aphthonius hic ille non est: Certè non est hic, Aphthonius ille calvus, copularis ac retorridus, sulcata fronte, barba hispida, obsoleto habitus, vultu vultuoso, quem nemo Grammaticus, sine risu nemo Rhetor, sine indignatione aspectare poterat; adeò negligentia temporum, (malo enim tempora, quàm homines accusare) squallidus, luridus, pædore obsitus macièque deformatus perreptabat abjectus, contemptusque per academias. At iste qui nunc primum pro-

 dit

dit in publicum, Ivvenis Aphthonius est, ore venustulus, ornatus comptulus, sermõne comis, moribus hilaris, studiosissimus Adolescentium studiorum, Rhetorices in primis, Candidatorum peramicus, totusque ad eorum fictus obsequium. Audin' malevole? At, qui mihi cum malevole? Te hic solum compello obsecroque LECTOR BENEVOLE, æqui bonique consulas, quod in tui gratiam, ad hujus Apthonii commendationem, contuli, penè dixi coactus ac reluctans, Dicam enim ingenuè, non studio inductus meo, sed judicio indicatus alieno, huc appulli mentem; sexque annis ipsis, obluctatus multorum postulatis (non audeo dicere precibus) cessi denique, & posthabità utilitati tuæ, commodi mei ratione, à quatuor mensibus, invitam, & renventem operi adhibui manum. Nunc, priusquàm te valere jubeam: unum est, alterùmve, quod te monitum velim. Primum; Elementa Rhetoricę, me pręfixisse huic Libro, vt ne quem alium requireres pro re tam levi. Alterum; ab Aphthonii Progymnasmatis, exhordiri noluisse hoc Opusculum, quod ea quæ prioribus edisseri, necessaria planè sint, ad eorum, quę sequuntur, intelligentiam, & quasi Loci Cõmunes, unde non argumenta solùm peti possint ad Amplificationes, & Chrias, sed diversarum rerùm materia multiplex. Cęterùm, pro tua vel indole, vel ratione studiorum, undelibet initium legendi aut studendi facias licet; undequaque enim, & ubique gratificari tibi studeo. Iam valetis.

ELEMENTA RHETORICÆ.

CAPVT I.

De Rhetorica Natura.



VID est Rhetorica?

R. Est Ars bené dicendi. Sic appellatá, à verbo ῥέω, *dico, loquor*, ex quo ῥῆμα, *vocabulum*, & ῥητόν, *dictum, sententia*; vnde ῥήτωρ, *Rhetor, Orator, Causidicus*, & ῥητορική, *Rhetorica*, seu *Ars oratoria*.

Quid est *Ars*?

R. Facultas est, quæ certis quibusdam præceptis continetur, in vnum finem spectantibus, quæ si optimé cognita, penitusque perspecta fuerint, nunquam fallunt.

Vndenam orta est Ars?

R. Ex animaduersione Naturæ, seu Eloquentiæ naturalis: Cùm enim, alij temerè, alij callidiùs dicant; potuerunt notari ea, quæ meliora sunt, ex quibus Ars fieri potuit.

Quid est, *benè dicere*?

R. Est, optimis sententijs, verbisque lectissimis dicere, quod, qui facit, implet Oratoris officium.

Quod est officium Oratoris?

R. Est appositè dicere, ad persuadendũ.

Quis est finis Oratoris?

R. Est, reipsa persuadere dictione.

Qui non reipsa persuadet dicendo, potest ne perfectus Orator dici?

 R. Etiam?

R. Etiam? modò ea proferat, quæ ad persuadendum idonea sunt.

Etenim, mihi non videtur ille perfectus Artifex, qui finem suum non assequitur; atqui Orator ille qui non persuadet dictione, finem non assequitur suum; qui igitur perfectus esse potest, etsi apposite dicat ad persuadendum?

R. In alijs artibus, verum id quidem est, quod dicis: at in arte Rhetoricę non item.

Affer discrimen.

R. Discrimen est, quòd finis aliarum artium sit opus quodpiam externum, ab artificis voluntate pendens: sic pendet á sola voluntate Pictoris, vt imago fiat; & ab Architecti arbitrio, vt domus extruatur; & ita de alijs. At verò, quia finis Oratoris non pendet solùm à voluntate dicentis, sed etiam á voluntate audientis, qui persuadendus est; nulla vnquam ratione, persuaderi ab illo, iste poterit, nisi, velit? quia natura liber est, & nemo præter Deum (qui propterea solus Orator dici potest, vsquequaque perfectissimus) ipsius libertati, vim afferre valet.

CAPVT II.

De Rhetorica Materia.

QVibus de rebus, ex officio, tenetur Orator dicere?

R. Illis de rebus, quę sũt materia suę artis

Quæ est Materia cuiusque artis?

R. Ea est, circa quam versatur Ars, v. g. Medicinæ Materia, sunt *morbi*; Picturę Materia, sunt *colores*, & sic de alijs quia circa ea, versantur, & occupantur artes illæ.

Materia verò Rhetoricæ Artis quenã est?

R. Res

R. Res illæ sunt, quæ in disputationem cadere possunt.

Quæ sunt illæ res?

R. Omnia prosùs, quæ in mundo sunt: quia nihil omninò est, de quo disputare Orator non possit.

Debet igitur scire Orator, naturam, & virtutes, qualitatesque rerum omnium, vt de singulis disserere queat.

R. Ita est; indeq; colliges, Artem oratoriam, omnium esse præstantissimam; & qui in ea excellant, per paucos esse: callere enim debet Orator, cæteras artes liberales, ac scientias, vt satisfacere valeat quæstionibus, quæ de illarum vnaquęquæ, fieri possunt.

CAPVT III.

De Quæstionibus, ad Rhetoricã Materiam pertinentibus.

QVotuplex Quæstio fieri potest, de vnaquaque re?

R. Duplex. Alia est infinita, quæ *Thesis* Græcè; & *Propositum* Latinè dicitur; Alia finita; quæ Græcè *Hypothesis*. Latinè *Causa* & *Controuersia* nominatur.

Quid vocas Quæstionem infinitam, seu Thesin?

R. Quæ nullis finita, & adstricta est Adiunctis, seu Circunstantijs; quales sunt, persona, locus, tempus, &c.

Quid vocas Quæstionem finitam, seu Hypotesin?

R. Quæ aliqua Circunstantia definitur, ac terminatur.

Da vtriusque Exemplum.

R. Si quæratur; *Sitne addiscenda Rhetorica ars*, Quæstio illa infinita est; quia genera-

tim id quæritur, nullius mentione facta personæ, vel loci, vel temporis. At si quęram: *Sitne fœminis addiscenda Rhetorica.* Vel; *Sitne addiscenda, ante an post Philosophiam.* Vel; *Sitne addiscenda, in Academijs, an in priuatis adibus.* Tales quæstiones finitæ sunt; quia Adiuncta huiusmodi, infinitam illam, & Generalem Quæstionem circunscribunt, & Thesin reuocant ad Hypothesin. Hoc est; quod Generale est contrahunt ad id quod est Particulare.

Quomodo Hypothesis reuocatur ad Thesin?

R. Sumendo id, quod Generale est. v.g. si laudaturus Diligentiam, excurram in laudem Virtutis, quæ Diligentiæ genus est: Si vituperaturus Ebrietatem, de Vitij fœditate disputem.

Quęstiones omnes, sūt ne eiusdē rationis?

R. Nequaquam. Alia enim dicitur *Actionis*; cuius finis est, *Agere*. Vt; *Sitne bellum hæreticis indicendum*. Alia *cognitionis*; cuius finis est, scire tantùm, & cognoscere aliquid. Vt; *Cuiusnam mensis die, luna deficiet, hoc anno.* Hoc enim cùm inuestigat Rhethor, seu Orator, id solùm agit, vt hoc intelligat.

Cic. 1. de Ora. Cur dicis *Rhetor, seu Orator*? Duo illa idemne sunt.

R. Passim pro eodem vsurpantur, tametsi differant.

In quo differunt?

R. In eo, quo *Rhetor* dicatur ille, qui artem oratoriam docet. *Orator* veró sit, qui in iudicijs, & concionibus, causam agit. *Declamator* verò, qui aut docendi alios, aut exercendi se gratia, fictam causam agit, vt in veris postea causis sit exercitator. Vnde Causæ huiuscemodi fictæ, vel ludicræ, vulgò *Declamationes*, dicuntur.

CAPVT

CAPVT IV.

De Triplici Causarum Genere.

QVot sunt Causarum Genera, in quibus versari Orator potest?

R. Tria hæc, Iudiciale, Deliberatiuum, & exornatiuum, seu Demonstratiuum, *Græcè* Epidicticum.

In quas partes diuiditur *Iudiciale* Genus?

R. In duas; Accusationem scilicet, & Defensionem.

Quas habet partes, *Deliberatiuum*?

R. Duas; Suasionem, & Dissuasionem.

Quæ sunt partes *Demonstratiui* generis?

R. Duæ; Laus, & Vituperatio.

Quale tempus respicit Iudiciale Genus?

R. Præteritum tempus: nemo enim accusari, vel defendi potest, nisi ob rem, quę iam gesta est.

Quale tempus spectat Deliberatiuum?

R. Futurum: neque enim deliberamus, nisi de futuris.

Quale veró Demonstratiuum?

R. Non præsens modó, sed Præteritum. Laudari siquidem, aut vituperari quis potest, vel ob ea, quæ gessit iã, vel quæ gerit.

Quem ob finem accusatur aliquis?

R. Vt puniatur.

Quam ob causam defenditur?

R. Vt nullam subeat pœnam.

Quem finem spectat, qui suadet?

Vtilitatem aliquam, ab ea re, quam suadet, emanaturam.

Quid intendit animo, qui dissuadet?

R. Vt detrimentum euitetur.

Quare vituperatio fit?

R. Vt vitij turpitudo abhorreatur.

Quare laudatio instituitur?

R. Vt virtutis honestas ametur.

CAPVT V.

De Partibus Eloquentiæ.

QVæ sunt Eloquentiæ Partes (seu, quod idem est) Quot sunt munera Oratori propria?

R. Quinque sunt. Inuentio, Dispositio, Elocutio, Memoria, Pronunciatio.

Quid est Inuentio?

R. Est excogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quibus probabile redditur, quod probare contendit Orator.

Quid est Dispositio?

R. Est, rerum inuentarum in ordinem distributio.

Quid est Elocutio?

R. Est, idoneorum verborum ad res inuentas accomodatio.

Quid est Memoria?

R. Est, rerum inuentarum, ac verborum firma recordatio.

Quid est Pronunciatio?

R. Est, corporis, & vocis ea moderatio, quam res inuentæ, ac verba requirunt.

Quibus rebus comparantur, quinquæ illæ Partes Eloquentiæ?

R. Quatuor his rebus: Natura, Arte, Exercitatione, Imitatione.

Quid exigit Natura, ad Eloquentiam?

R. Multa, tàm ex parte animi, quàm corporis.

Quid requirit ex parte animi?

R. Celeres motus, ad inueniendum, exornandum, & recordandum aptissimos.

Quid ex parte corporis postulat?

R. Latera firma, canoram vocem, solutam linguam, oris & totius corporis conformationem.

Quid Ars, ad Eloquentiam confert?

R. Perficit ea, quæ sunt à Natura.

Quo-

Quomodo perficit?

R. Primò, dum monet, quo omnia sint refererda, quę ad finem nobis propositum, spectant. 2. Dum indicat, an recta sint, quæ habentur, á Natura, & Studio. 3. Efficit, ne fortuitò dicamus, & vt semper parati simus.

Quid efficit Exercitatio?

R. Ea perficit, & conseruat, quæ Ars expoliuit in Natura.

Quis Exercitationis modus est?

R. Iste. Primò sumi debet causa tractanda similis earum, quæ ad Oratorem deferuntur. Non dicatur ex tempore; sed sumatur spatium ad cogitandum, vt accuratiùs dicatur.

Quæ Imitationis vtilitas, & ratio est?

R. Vtilitas est maxima, quia sine ea, nemo satis proficere potest. Ratio verò Imitandi, hæc est, Proponatur aliquis summus in arte imitandus, quem tota mente intueamur. Deinde, quæ in eo summa erunt, diligenter conemur exprimere.

CAPVT VI.

DE INVENTIONE,

SEV

De Locis Oratorijs.

QVid est locus Oratorius?

R. Argumentorum sedes, seu nota, qua indicatur, quod in rebus peruestigare debeat Orator.

Quid est Argumentum?

R. Est probabile inuentũ ad faciẽdã fidẽ.

Quid est Fides?

R. Firma animi, ijs quæ dicuntur, credentis Opinio,

Quid

Quid est Opinio?

R. Est imbecilla assentio. Tam Fides autem, quàm opinio, Argumẽtatione gignũtur

Quid est Argumentatio?

R. Est Explicatio, & dilatatio argumenti.

Quotuplex generis Argumenta sunt.

R. Duplicis. Alia *Insita*, seu *Intrinseca*; Alia *Remota*, seu *Extrinseca*, quæ etiam, *Assumpta* dicuntur, & *sine arte*; non quod sine arte tractamur; sed quòd ea non parit Oratoris ars, & quòd foris afferantur.

Quid vocas Argumenta Intrinseca?

R. Ea, quæ petuntur ab loco, qui est in re, qui propterea Intrinsecus dicitur.

Quid sunt Extrinseca seu Remota Argumenta?

R. Ea, quæ petuntur ab loco, qui est extra rem, qui idcircó Extrinsecus appellatur.

Quot sunt Loci Intrinseci?

R. Sexdecim. Definitio, Enumeratio partium, Notatio, Coniugata, Genus, Forma, Similitudo, Dissimilitudo, Contraria, Adiuncta, Antecedentia, Consequentia, Repugnantia, Causæ, Effecta, Comparatio.

Quot sunt Loci Extrinseci?

R. Sex. Praiudicia, Fama, Tabulæ, Iusiurandum, Tormenta, Testes.

CAPVT VII.

De Locis Intrinsecis.

DEFINITIO

QVid est Definitio?

R. Est Oratio, quæ naturam illius rei quæ definitur, explicat.

Quot partes habet Definitio?

R. Duas; Genus, & differentiam. Genus est aliquid commune, non tantùm ipsi rei,

quæ

quæ definitur, ſed etiam multis alijs. Differentia, eſt aliquid particulare, quod ſoli rei, quæ definitur conuenit.

Da Exemplum.

R. Rhetorica eſt Ars bené dicẽdi *Rhetorica*, res eſt quæ definitur. Ars, eſt illius definitionis Genus; quia non tantùm Rhetoricæ, ſed etiam Grammaticæ, Picturæ, alijſque Artibus conuenit. *Benè dicendi*, eſt Differentia; quia, benè dicere, proprium eſt ſolius Rhetoricæ.

Proba, á Definitione, Rhetoricam eſſe artium præclariſſimam;

R. *Ars benè dicendi, eſt artium præſtantiſſima: Atqui Rhetorica eſt Ars bene dicendi: Eſt igitur omnium præſtantiſſima.*

ENVMERATIO PARTIVM.

Quid eſt Enumeratio Partium?

R. Eſt oratio, qua aliquod genus, ſeu totum, in ſuas partes diſtribuitur.

Proba ab hoc loco, Regnum Galliæ, frui ſumma pace.

R. *Nulla huius Regni prouincia eſt, nulla ciuitas, nullum oppidum, & pagus eſt, vbi non tranquillíſſima pace, Galli potiantur; Igitur Regnum vniuerſum, placidiſſima pace vtitur.*

NOTATIO, ET CONIVGATA.

Quid eſt Notatio?

R. Notatio, ſeu Etymologia, locus eſt, qui verborum originem, & ſignificationem inquirit.

Proba, ex hoc loco, Ciceronem, verum fuiſſe Conſulem.

R. *Ille verus eſt Conſul, qui ſaluti patriæ conſulit: Atqui Cicero conſuluit ſaluti patriæ; igitur verus fuit Conſul.*

Quid ſunt coniugata?

R. Ea, quæ ab vno orta vocabulo, variè commutantur. Vt, *Pudicitia*, à qua *Pudor*, *pudicus*, *pudicè pudere*, oriuntur.

Fac

Fac argumentum, á Coniugatis.

R. *Christi vitam non imitaris; non igitur es Christianus*. Cæterùm hi duo Loci, sunt omnium sterilissimi.

GENVS, ET FORMA.

Quid est Genus?

R. Est quoddam Totum, plures continens partes, communione quadam sibi similes, specie tamen differentes. Vt, *Virtus*, Genus est, quia complectitur Prudentiam, Iustitiam, Fortitudinem, Temperantiam, quæ sunt eius partes, inter se quidem similes, quod earum quælibet, virtus sit; differentes tamen, quia earum natura diuersa est.

Fac argumentum

R. *Virtutem colit; ergo & Temperantiam Virtutis est inimicus; ergo non est Prudens. Amat Gallos; ergo & Lugdunenses.*

Quid est Forma; seu Species?

R. Est pars Generi subiecta. Argumentum ita ducitur. *Inest in hoc adolescente Castitas; ergo & virtus*; atque ita de alijs.

SIMILITVDO, ET DISSIMILITVDO.

Quid est Similitudo?

R. Est Oratio, quæ traducit rem quampiam, ad aliquid, ex re dispari simile.

Da Exemplum, & Argumentum.

Cicer. 2. Phil. 115. R. 2. *Vt quidam morbo aliquo affecti suauitatem cibi non sentiunt; sic facinorosi homines, veræ laudis gustum non habent.*

Cicer. de Offic. 1. 2. *Vt Pulchritudo corporis, apta compositione membrorum, mouet oculos, & delectat, hoc ipso, quòd inter se omnes partes, cum quodam lepore consentiunt; sic Decorum quod elucet in vita, mouet approbationem eorum, quibuscum viuitur, ordine & constantiâ, & moderatione dictorum omnium atque factorum.*

3. *Beneficijs aliqui vtuntur, ceu Floribus, tandiu gratis, quandiu recentibus.*

Quid

Quid est Dissimilitudo?
R. Est, quæ ex re aliqua, dissimile colligit.
Da Exemplum, & Argumentum.
R. *Tot incommoda scelerati perferunt, vt malè agant; Tu nihil tolerare vis, vt sanctè viuas. Illi, multa sæpè patiuntur, æternùm vt sint miseri; Tu æternùm vt sis beatus, nihil patiere.*

CONTRARIA, SEV OPPOSITA.

Quot sunt Contrariorum, seu Oppositorum genera?

R. Quatuor. 1. Aduersa, quæ inter se maximè distant; vt, *Virtus*, & *Vitium*. 2. Priuantia, quæ sunt, Habitus, & eius Priuatio; vt, *Vita*, & *Mors*. 3. Relata, quæ inter se conferuntur; vt, *Dux*, & *Miles*. 4. Negantia, quorum vnum negat aliud; vt, *Pius*, & *Impius*.

Quomodo argumenta fiunt i singulis?

R. Hoc modo. 1. Ab Aduersis *Vitium est fœdissimum; igitur, Virtus est pulcherrima*. A Priuantibus. *Mortem timet; ergo amat Vitam*. 3. A Relatis. *Dux adit pericula; igitur, & Miles adire debet*. A Negantibus. *Modestus est; cur illum ergo dicis Immodestum?*

ADIVNCTA SEV, RES CIRCVNSTANTES.

Quid sunt Adiuncta?

R. Ea, quæ cum re coniuncta sunt.

Quot sunt Adiunctorum genera?

R. Tria. 1. Adiuncta rei gestæ; Locus, Tempus, Vestitus, Comitatus. 2 Adiuncta Animi; Vitia, & Virtutes. 3. Adiuncta Corporis; Pulchritudo, Deformitas, Robur, &c.

Fac Argumentum ab Adiunctis.

R. 1: *Vesperi visus est cum gladio, in loco vbi cædes facta est; Ergo cadis illius auctor est*. 2. *Est incredibili virtute praditus; non ergo fœdus violauit*. 3. *Formosus est puer; Igitur amatur à multis*.

AN-

ANTECEDENTIA, CONSEQVENTIA, REPVGNANTIA.

Quid ſunt Antecedentia?

R. Sunt ea, quæ neceſſariò cohærent cum conſequentibus; in quo differunt ab adiunctis, quæ cum illis non neceſſariò coniuncta ſunt.

Affer Argumentum.

R. *Ortus eſt Sol; ergo Dies eſt*. Sol enim neceſſariò diem antecedit.

Quid ſunt Conſequentia.

R. Ea, quæ rem neceſſariò conſequuntur.

Peto Argumentum.

R. *Cicatricem habet; Ergo olim accepis plagam.* Cicatrix enim neceſſariò conſequitur plagam.

Quid ſunt repugnantia?

R. Sunt ea, quæ nec certa lege, nec numero inter ſe diſſident; in quo, à Contrarijs, & Diſſimilibus diſcernuntur.

Da exemplum.

R. *Amat illum; igitur non ei nocuit, non illum læſit, conuitijs non inſectator eſt*. Repugnat enim, vt qui amat aliquem, ei noceat, illum lædat, &c.

CAVSÆ.

Quid eſt Cauſa?

R. Eſt, quæ ſua vi efficit id, cuius eſt cauſa. Vt *Vulnus*, cauſa eſt *Mortis*; quia vi ſua mortem parit, *Ignis*, cauſa *Ardoris* eſt; quia vi ſua, generat ardorem.

Quot ſunt Cauſarum genera?

R. Quatuor. Finis, Efficiēs, Forma, Materia

Quid eſt Finis, ſeu Cauſa Finalis.

R. Ea eſt, cuius gratia fit aliquid. Vt Finis hominis eſt beata vita.

Fac Argumentum.

R. *Homo natus eſt ad contemplandum, & intelligendum; non igitur ad paſtum, & voluptatem ortus eſt*.

Quid eſt Efficiens?

R. Eſt

R. Eſt id, á quo aliquid eſt. Vt, *Sol* eſt cauſa *Diei*; quia illum efficit, toto Cœlo luce diffuſa.

Fac Argumentum.

R. *Senectus caret epulis*; *Ergo & vinolentiâ*. Nam vinolentiã efficiunt pocula frequentia

Quid eſt forma?

R. Eſt ratio rei, & nota, per quam res eſt id, quod eſt, & à rebus alijs diſtinguitur. Vt, *Animus* eſt hominis *forma*; Eſt enim cauſa cur Homo ſit, eumque à rebus alijs diſtinguit.

Duc ab illa Argumentum.

R. *Animus hominis eſt immortalis; debet igitur ad immortalitatem æternitatemque beatæ vitæ aſpirare.*

Quid eſt Materia?

R. Eſt, ex qua, & in qua, res ſint. Vt marmor,ſtatuę;Corpus hominis materia eſt.

Fac Argumentum.

R. *Corpus hominis mortale eſt. ab eius igitur ſocietate, & contagione, immortalis Animus auocandus eſt.*

EFFECTA. COMPARATIO.

Quid ſunt effecta?

R. Sunt ea, quæ orta ſunt de cauſis. Vt *Dies*, eſt Effectus *Solis*.

Quod ſunt effectorum genera?

R. Totidem, quot Cauſarum: ſingulis enim Cauſis, ſua reſpondent Effecta.

Sume ab effectis Argumentum.

R. *Virtus parit laudem; igitur ſequenda eſt. Voluptas infamiam gignit; ergo fugienda.*

Quid eſt Comparatio?

R Eſt,cum duo vel plura, in aliquo,quod ſit eis commune, comparantur. Vt, *Illuſtriorem quandoque palmam meretur fuga, quam pugna.* Fuga, & Pugna comparantur, in *Palma*, quæ vtrique aliquando communis eſt. *Rodulph Agric.l. 1. c.25.*

Quotuplex inſtitui poteſt comparatio?

R. Triplex; 1. A maiori, ad minus. 2. A mi-

nori, ad maius. 3. A Pari.

Quomodo ducitur Argumentū, *A maiori?*

R. Quando adhibetur in comparatione, hæc particula, *multò minùs* Vt, *si quinque legionem hostilem exercitum vincere non potuerunt*; multó minùs *duæ potuerunt*. Maior quippe difficultas est, quinque, quàm duas legiones vincere.

Quomodo Argumentum fit, *A Minori?*

R. Quoties adiungitur hæc particula. *Multò magis*. Vt, *verbera pater tulit*; multò magis *verba, conuitia perferet*. Minùs enim est verba ferre, quam verbera.

Quomodo sumetur, *A pari?*

R. Cum hæc particula, *Pariter*, vel exprimitur in comparatione, vel suppressa intelligitur. Vt, *Beati omnes laborum tolerantia, æternam sibi gloriam pepererunt*; *iisdem nos pariter, ad tantum honoris fastigium, & gradibus, oportet conscendere.*

CAPVT VIII.

De Locis extrinsecis.

QVid est *Præiudicium*?

R. Est id, quod cùm statutum fuerit, affert iudicaturis exemplum, quod sequantur.

Quomodo fit argumentum à *Præiudicijs?*

R. Si ostendat Orator, id quod contendit, fieri debere; vel quia in similibus caussis, aut rebus ad eandem causam pertinentibus, similia iudicia iam lata sunt, vel quia illud ipsum iudicium, quod ferri poscit, iam est ab ijsdem, aut ab alijs Iudicibus pronunciatum.

Quomodo fit argumentum à *Fama?*

R. Ostendendo, id quod in quæstionem vocatur, ex Communi hominum Sermone, verum esse. Quo-

Quomodo à *Tabulis*?

R. Si demonstretur id, de quo agitur, publicas Tabulas relatum esse, adeoque o indubitato haberi debere:

Quomodo à *Iureiurando*?


R. Si ostenderimus, illud idem, cuiusiam Iuramento esse confirmatum.

Quomodo à *Tormentis*?

R. Demonstrando, vi Tormentorum, expressam esse confessionem, vel à reo, vel consocijs illius rei, quæ probanda est.

Quomodo à *Testibus*?

R. Si idipsum, cuiuspiam Testimonio confirmari docuerimus.



CAPVT IX.

DE DISPOSITIONE SEV *De Partibus Orationis.*

AC PRIMVM. DE EXORDIO.

QVot sunt Partes Orationis?

R. Quatuor. Exordium, Narratio, Confirmatio, & Peroratio. Additur aliquando quinta pars, Confutatio; sed hæc ad Confirmationem spectat, & cum illa semper coniuncta est.

Quid est Exordium?

R. Est pars Orationis, animum auditoris idoneè comparans ad reliquam dictionem.

Quomodo comparatur animus auditoris.

R. Tribus modis; si nimirum reddatur beneuolus, attentus, & docilis.

Quomodo reddi poterit *Beneuolus*?

R. Redditur beneuolus, 1. Si virtutes ipsius

ipsius commemorentur. 1. Si Orator de se demissé, ac modesté loquatur. 3. Si Aduersarijs conflemus inuidiam.

Quomodo reddetur *Attentus*?

R. Si non esse dicturos promittemus, de rebus magnis, necessarijs, & vtilibus.

Quomodo fiet *Docilis*?

R. Si qua de re sumus dicturi, ostẽdemus.

Qualia esse debent Exordia?

R. 1. Accurata, & acuta. 2. Instructa sententijs, & apta verbis. 3. Sint ipse rei, de qua agitur, conuenientia. 4. Ex ijs causæ locis peti debent, qui valeant ad leniter alliciendum, & incitandum auditorem.

Quæ sunt vitiosa Exordia?

R. Ista. 1. Vulgare, quod in plures causas potest accomodari. 2. Commune, quod in contrariam partem causæ potest conuenire. 3. Commutabile, quod potest ab Aduersario, leuiter mutatum, ex contraria parte duci. 4. Longum, quod pluribus verbis, vltra quam satis est, producitur. 5. Separatum, quod tanquam membrum, ipsi causæ non est connexum. 6. Translatum, quod aliud conficit, quàm causæ genus postulat. 7. Contra præcepta, in quo Exordiorum præcepta non seruantur.

De narratione, dicitur suo loco fusiùs, Progymnasmate 4.

CAPVT X.

De Confirmatione.

QVid est Confirmatio?

R. Est pars Orationis, in qua firmamenta causæ afferuntur.

Quod habet partes?

R. Duas. Prima est, quæ propriè *Confirmatio* dicitur; in qua, ea, quæ pro nobis sunt

nt, firmamus, ac ſtabilimus. Secunda
t quæ *Confutatio*, ſeu *Reprehenſio* vocatur; in
ua, ea quæ contra nos ſunt, refellimus,
c confutamus: vtrumq; autem commodé
eri poteſt, cùm cauſæ Inſtitutio, ſeu Sta-
ıs cognoſcitur.

Quid eſt Status?

R. Eſt Quæſtio, quæ ex prima cauſarum
onflictione naſcitur.

Da exemplum.

R. Si Accuſator dicat, *Milo inſidias fecit*,
Defenſor contrà, *Milo inſidias non fecit*. Ex
lla conflictione, oritur hæc quæſtio. *An
Milo inſidias fecerit*. Atque hæc Quæſtio, di-
citur *Status*; quia in eo, tota cauſa *ſtat*, &
iſtit: dicitur etiam *Iudicatio*, quia in iudi-
cium venit.

Quod diſcrimen eſt, inter Statum, &
udicationem?

R. Quód *Status*, ſit Quæſtio illa iam di-
cta, nudè ſpectata, ſine ratione, & firma-
mento. *Iudicatio* verò, ſit eadem Quæſtio,
quando cum ratione, & firmamento co-
niuncta eſt; quia proprié, de Statu iudi-
camus, cum eius rationem, & firmamen-
tum audiuimus.

Quid eſt *Ratio*?

R. Quæ affertur à Defenſore, ad depel-
lendum crimen, quod in reum confertur.

Quid eſt *Firmamentum*?

R. Quod affertur ab Accuſatore, ad pro-
bandum crimen.

Quotuplex eſt Status?

R. Triplex. Primus, An res ſit. Vt, *An
Catilina coniurauerit*. 2. Quid ſit res. Vt, *An
Cæſar Tyrannus fuerit, vel Rex*. 3. Quales ſit.
Vt, *An Clodij cædes, iuſta, & honeſta fuerit*.

Quomodo tractandus eſt Status?

R. Per Argumenta ex locis petita; quæ
ita in oratione collocanda ſunt, vt firmiſſi-
ma in principio, mediocria in medio, ex-
cellentia in extremo loco ponantur.

Per

Per quid, Argumenta, in oratione collocantur?

R. Per Argumentationes.

CAPVT XI.

De Argumentatione.

QVid est Argumentatio?

R. Est fusior argumenti, artificiosaque explicatio.

Quot sunt Argumentationis species?

R. Quatuor. Ratiocinatio Inductio, Enthymema, Exemplum: quibus addi possunt, Epicherema, Sorites, & Dilemma.

Vnde sumitur, quadruplex huiusmodi Argumentatio?

R. Ex locis Rhetoricis, sumendo res certas, aut probabiles, quæ valeant ad conficiendam aliquam Argumentationem.

Quænam res habentur pro Certis?

R. 1. Quæ corporis sensibus præcipiuntur. 2. Quæ communi omnium opinione comprobantur. 3. Quæ legibus cautæ, & moribus receptæ sunt. 4. Quę iam probatæ sunt, & ab aduersarijs concessæ.

Quænam res habentur Probabiles?

R. Eæ, quæ ferè semper accidunt; vt *Liberis à parentibus amari*: Et, quæ speciem aliquam veritatis habent.

CAPVT XII.

De Argumentationis Speciebus.

RATIOCINATIO.

QVid est ratiocinatio?

R. Est Argumentatio perfectissima suis

ſuis omnibus conſtans partibus, certòque inter ſe ordine connexis: *Syllogiſmus*, alio nomine vocatur.

Quænam ſunt eius partes?

R. Tres præcipuæ. Propoſitio, Aſſumptio, Complexio.

Da exemplum.

R. *Omne vitium eſt fugiendum.*	Propoſitio.
Atqui, Pigritia eſt vitium:	Aſſumptio.
Igitur, Pigritia eſt fugienda.	Complexio.

Quod ſi Propoſitioni ſubijciatur ſua Probatio: & ſua item Aſſumptioni adiungatur Confirmatio; erunt quinque partes, & ex Tripartita, fiet Ratiocinatio Quinque partita.

Da exemplum.

R. *Omne vitium eſt fugiendum.*	Propoſitio.
Quia turpe, & pernicioſum eſt.	Propoſitionis probatio.
Sed Pigritia vitium eſt.	Aſſumptio.
Quia rationi aduerſatur, & immumera damna creat.	Aſſumptionis. probatio.
Igitur Pigritia fugienda eſt.	Complexio.

Eſtne ſemper ſeruandus ordo ille Propoſitionum?

R. Non; ſed eum, ad vitandam ſatietatem, varijs modis mutare oportet; modò ab Aſſumptione, modò á Complexione, ducendo initium.

ENTHYMEMA.

Quid eſt Enthymema?

R. Eſt pars Ratiocinationis, ſeu Ratiocinatio imperfecta.

Quomodo fit?

R. Tollendo vnam ex primis propoſitionibus; nimirum, vel propoſitionem, vel Aſſumptionem.

Da Exemplum.

R. Ecce. *Pigritia eſt vitium, Igitur fugienda eſt.*

Vel hoc modo. *Omne vitium fugiendum eſt. Igitur Pigritia fugienda eſt.*

INDVCTIO.

Quid est Inductio?

R. Est Oratio, quæ ex multis rebus no dubijs, captat assensionem auditorum. Vel Est Argumentatio, quæ ex pluribus colloc: tionibus, peruenit quò vult.

Quot modis fit?

R. Duobus: 1. Enumeratione omnium pa tium, sub aliquo genere contentarum.

Da exemplum.

R. *Prudentia laudanda est, Iustitia laudand est, itemque Fortitudo, & Temperantia. Ergo, on nis virtus laudanda est.*

Quo alio fit modo?

R. Multis comparationibus, per varia interrogationes, & responsiones.

Da exemplum.

R. En. *Quis optimus arborum fructus, nisi qu suauissimus? Quod astrorum primum, nisi qu clarissimum? Quis Equus maximè insignis, n qui velocissimus? Ita hominum generosissimu erit, non qui generis claritate, sed qui virtu maximè præstat.*

Quid in Inductione hac obseruandum?

R. Duo diligenter cauenda sunt. 1. V quæ sumuntur, certissima sint. 2. Vt id, c ius confirmandi causa fit Inductio, sit ij quæ sumuntur, simile.

EXEMPLVM.

Quid est exemplum?

R. Est inductio Rhetorica, seu imperfect in qua, ab vno simili, argumentamur ad aliu

Da exemplum.

R. Do. *Horatius non fuit condemnatus, qu sororem necauerit; Ergo, nec Milo condemnand quòd hominem occiderit.*

Quomodo differt à tribus alijs Argume tationum speciebus?

R. Differt à Ratiocinatione, & Enth memate; quia in ijs semper aliquid vniue

sale

ſale ſumitur, aut concluditur; in Exemplo vero aliquid particulare. Differt etiam ab inductione; quia Inductio, á pluribus ſimilibus; Exemplum autem, ab vno tantum ſimili, procedit ad aliud.

EPICHEREMA. SORITES DILEMMA.

Quid eſt Epicherema?

R. Eſt breuis Ratiocinatio, cuius omnes partes, in vnam conferuntur. Vt. *Sine cauſa ſeruus dominum accuſet?* Quæ argumentatio. addendo alias partes, quæ ſubintelliguntur, ad Ratiocinationem reducitur. Partes autem ſubintellectæ, in exemplo allato, iſtæ ſunt. *Non debet ſeruus, ſine cauſa dominum accuſare: iſte, hominis huius ſeruus eſt; Ergo &c.*

Quid eſt Sorites?

R. eſt Argumentatio quædam generalis, multas particulares aceruatim conuoluens, & amplectens. Vnde Latinè dictus eſt, Acerualis. Vt. *Quod eſt bonum, eſt expetendum; quod approbandum laudabile; ergo quod eſt bonum, erit laudabile.*

Quid eſt Dilemma?

R. Eſt Ratiocinatio imperfecta, conſtans duabus partibus contrarijs; quarum vtram libet concedat aduerſarius, reprehenditur. Vt. *Si implacabiles ſunt iracundiæ, ſumma eſt acerbitas; ſi autem exorabiles, ſumma lenitas.*

CAPVT XIII.

De Peroratione.

QVid eſt Peroratio?

R. Eſt Orationis poſtrema pars; in qua Orator, id quod tota oratione contendebat, maiori vehementia, euincere, & obtinere nititur.

Quot præcipuas habet partes?

R. Duas; Amplificationem, & Enumerationem.

Quomodò bene fit Amplificatio, in Peroratione?

R. Primo. Si moueatur priùs ipse Orator, quàm alius moueat. 2. Si ea ritè obseruentur, quæ de Amplificatione, infra dicemus.

Quomodo fiet enumeratio?

R. Si quæ fusè dicta sunt eorum breuitur repetitio fiat, per capita; ne videatur altera oratio.

Atque hæc de duabus prioribus Rhetoricæ partibus. Inuentione, *&* Dispositione, *dicta sufficiant, ad rudem informationem Tyronum. Quæ pertinent ad tertiam partem, quæ est* Elocutio, *fusiùs explicabuntur deinceps. De duabus vltimis.* Memoria, *&* Pronunciatione, *hoc vnum habeo dicendum, quod non tam præcepta, quam vsum, & exercitationem desiderent.*



PROGYMNASMA I.

DE PERIODO.

CAPVT I,

Natura Periodi.



QVID est Periodus?

R. Periodus Græcé, Latinè Circuitus, seu Ambitus, & Comprehensio verborum, est oratio, in quodam quasi orbe inclusa procurrens, quoad insistat in singulis perfectis, absolutisque sententijs. *Vel*. Periodus est Continuatio verborum, ac Circum-

Cicero Orator 204.

camſcriptio, in qua, à primo membro, ſic ſuſpenſa fertur oratio, vt in ipſo tantùm fine conquieſcat.

Quæ ſunt Partes Periodi?

R. Hæ duæ, Membrum, ſeu *Colon* Græcè, & Inciſum, ſeu Cæſum, quod *Comma*, Græci vocant.

Quid eſt Membrum?

R. Eſt pars Periodi, perfectam quidem ſententiam definiens, non ita tamen abſolutum reddens ſenſum, vt auditor acquieſcat, nec expectet ſubſequentia. Vt . . *Si amico laboranti opem tuliſſes*.

Quid eſt Inciſum?

R. Eſt pars Membri, imperfecta ſenſu. Vt *In hac iniquitate rerum, in tanta perturbatione temporum*. Duo inciſa ſunt, nullum reddentiā ſenſum perfectum; quibus, ſi tertium hoc Inciſum addas, *nemo eſt*; Membrum efficies, abſolutum habens ſenſum: cui Membro, ſi addas alterum iſtud; *quin vbivis quàm ibi vbi eſt, eſſe malit*; Periodum habebis integrā: quia ſenſus ita perfectus eſt, vt nihil prćterea requiratur. Sed, en tibi aliam periodum non interruptam, ex duobus Membris compoſitam; ſingulis Membris, tria Inciſa complectentibus.

1. *Quæ ſoli vbertas, & affluens rerum omnium copia, ad Capuam Pœnos emolliit*; 2. *Eadem variis captos voluptatum illecebris, in Græcia Syriaque, Romanos infregit.*

Quid eſt Periodicè dicere?

R. Eſt, oratione, ita membris diſtinguere, certiſque quibuſdam ſpatijs definire, vt conuerſationes habeat abſolutas; & verborum numeroſè cadentium concinnitate, aures impleat audientium, animumq; artificioſa ſententiarum circunſcriptione reficiat, Exemplo eſſe poteſt; hæc mea Reſponſio; nam Periodicè tibi reſpondi: Contra; Ille non Periodicè loquitur, qui ſic negligit orationem, diſſoluta vagetur, ac fluat; ſaltuatimque,

 ritu

ritu locustarum feratur extra numerum. Talis est, sermo vulgi peruagatus, nullisque adstrictus numeris.

Quid est, membratim dicere?

R. Est, orationem proferre, singulis velut hærentem Membris, donec plenius absoluto sensu subsistat: Exempli causa. *Hunc Principem Natura finxit ad regnum; Virtus, ad pietatem erudiuit; Fortuna formauit ad solium; & Dignitas instruxit ad sceptrum.*

Quid est Incisim dicere?

R. Est, crebris Incisis orationem distinguere. Vt, si dicas. *Puerorum negotia, non alia sunt, quàm nugari, garrire, ineptire, hàc, illàc vagari, lusu ætatem terere, cibo, potuque infercire ventrem, aquabeulumque distendere.* Item si virtutem Humiltatis laudaturus, hæc proferas?

Germana, ac verè Christiana Humilitas, modestiam amat, lacebras aucupatur, acquiescit in modicis, ambit despici, abiectione gloriatur, proculcatione triumphat.

Quæ sunt vitia Periodi?

R. Hæc præcipua. 1. Cum Periodus non satis est numerosa, & belle fluens. 2. Cùm, vt seruiatur numero, inculcantur verba inania, & otiosa, quæ sint quasi harmoniæ subsidia, & complementa numerorum. 3. Cùm eodem sæpiùs modo, artificioque oratio circunfertur; vt si frequentiùs; iisdem sententia pedibus clauditur.

Quæ sunt Virtutes Periodi?

R. Virtutibus erit perfecta suis, Periodus si vitijs careat supra recensitis. Sed audi Tullium. *Neque numerosa, inquit esse debet Periodus, vt Poema; ne de industria factum appareat: neque extra numerum, vt sermo vulgi.* *Cic. Orator. 195.*

Quid orationi confert Periodus?

R. Vt suauiùs cadat ad aures, molliusque fluat in animum

Quare suauior est, gratiorque oratio periodica, dissoluta?

R. Ra-

R. Ratio petitur, ab ipsarum natura aurium: (quam rationē periodicè sic explico.) Vt enim nihil in horto magis oculos retinet, quàm arbuscularum, præclaro inter se ordine implicatarum confusa distinctio, quam exactæ ad libellam ambulationes amœnissimæ, quam suaueolentium puluillorum descriptiones flexuosæ, quàm directi ad normam, areolarum ordines; & collucentium vbique flosculorum ad viridantem regulam, odorifera dispositio: Ita, nullare magis, aures nostræ, quàm numerosa, & ordinata dictione mulcentur.

CAPVT II.

Ars Periodi contexendæ.

QVomodo Periodus componenda est?

R. Vt respondeam tibi, ac satisfaciam; Obserua priùs, in Periodo spectari duo posse? *Numerum* scilicet, ac *Dilationem*; de quibus seorsim agendum nunc est.

De Numero Periodico.

Quid est Numerus in Periodo?

R. est Rithmus quidam, inquit Aristoteles non exquisitus ille quidem, neque canorus, qualis est in poematis, & canticis; sed ita dissimulatus; & latens, vt sentiatur tamen, & iucundo fine concludat. *Lib.3 c 8.*

In quo consistit ille Numerus?

R. In eo, vt verba omnia, ita inter se apta, implexaque sint, vt quendam quasi concentum efficiant, datisque sibi velut manibus, Gratiarum in morem, circunducant chorum. Vel, vt clariùs loquar. Numerus iste pendens à certa quadam syllabarum

quantitate, & idonea vocum collocatione, ac structura, commodaque verborum, & sententiarum dispositione, quæ coherentem, leuiterque fluentem reddat orationem, vt neque claudicet, neque fluctuet; sed æquabiliter constanterque ingrediatur.

Quo pacto cōciliabitur orationi Numerus?

R. Primò. Si verborum commissura, & series, quod monui modò, ita cohæret, vt nihil sit, quod offendat aures. Secundò. Si habeatur ratio pedum, quibus inchoanda, sed maximè, quibus terminanda Periodus est. Finitur autem venustè Periodus, grauioribus, longioribusque verbis. Vt. a *Eius cadauer, infelicissimi hominis semiustulatum, nocturnis canibus dilaniandum reliquisti.* b *Quid dubitas, vitam supplicijs ereptam, fugæ, solitudinique mandare?* c *Miror te, Antoni, quorum vitam imitere, eorum exitum non perhorrescere.* d *Negat, Iudicium hominum, in magistratibus mandandis, corrumpi voluptatibus oportere.*

a *Cic. pro Milon* 34.
b *In Catil*
c *Phil.* 2
d *Pro Mur:*74

Iisdemné pedibus, claudenda semper Periodus?

R. Nequaquam; Esset enim vitium non leue, vt suprà docui, paribus vbique spatijs, eodemque modo Periodum circumscribere. Verùm, ad Numerum illum orationi accrescendum, plus exempla conferunt, quam præcepta; & aurium iudicium potiùs adhibendum, quám consideratio mentis. Legendi proinde crebrò, & attentè scriptores illi, qui hac orationis laude præcelluere: ex hac enim lectione, id assequeris, vt Numerum istum periodicum sensim animo imbibas: sentiasque, *orationem tuam*, vt Tullij verbis vtar, *illorum cantu, quasi colorari*.

2. *de Orat.* 70.

De Dilatatione Periodica.

Quid est Dilatare?

R. Est, cùm aliquid pluribus verbis explicamus,

camus, quod paucioribus cõprehendi poterat.

Qua ratione, periodicè dilatari aliquid potest?

R. Istud est, in hoc argumento, potissimum, quodque artis operam, maximè requirit. Id verò, vt quàm potero breuissimè, dilucidéque doceam; Aduerte diligenter animum, ad ea quæ sequuntur.

1. Omnis propositio, quæ per Periodum dilatanda est, vel continetur vocabulo simplici, vt *Studeo Ægroto &c.* (quæ, partes quidem non habent distinctas, cùm vnica exprimantur voce, facilè tamen distribui in partes possunt, quòd multa significent.) Vel distinctis constat vocibus, duabus nimirum, vt cum dico, *Indocti contemnuntur*: aut tribus in hoc exemplo; *Deus remunerabitur virtutem* aut pluribus, vt si dicam, *Virtutis cultores, non amicis tantum, sed etiam inimicis benefaciunt.*

2. Id vbi aduerteris, partes singulas cuiusque propositionis dilatabis, illas explicando, vel, per Synonima, id est, per varias locutiones eiusdem significationis; vel, per Definitiones, &. Effecta, aliósve locos Rhetoricos, vt suo loco fusiùs edisseremus, cum de Amplificatione tractabimus. Nunc verò satis fuerit, paucis exemplis, quæ præcepimus, subijcere sub aspectum.

Sit ergo, nobis facienda Periodus, ex hac vnica voce STVDEO. *Verbum hoc etsi solitarium, Propositionis vicem obtinere potest; quia licet partes non habeat, Adiuncta tamen illius, sunt loco partium. Quæ Adiuncta? Hæc nimirum.* 1. *Persona, quæ studet* 2. *Finis, ob quem studet.* 3. *Modus, seu Ratio studendi.* 4. *Materia studij; seu, Libri, quibus studet.* 5. *Tempus Studij, Locus posset addi; in quo studetur; sed nihil hic opus est. Ac iam, ab Adiunctis illis; dilatemus vna periodo, adscriptum verbum.*

STVDEO.

[*Persona.*] Tametsi, haud inutili opera, multorum

torum spatio annorum, clarissimas Europæ Academias celebrauerim; & in optimarum artium cognitione, processus fecerim non pęnitendos;(*Finis*) tamẽ maioris intelligentiæ consequendæ gratia, vberiorisq; percipiendi ex doctrina fructus; (*Modus*) tam assiduo corporis labore; ea contentione mentis, ac meditatione, (*Materia*) libros omnes, qui venire possunt in manus meas, quantumvis spissos, caputque difficiles, sic euolvo, ita legendo contero; (*Tempus*) vt illud etiam tempus, quo animi relaxationi dari solet, reficiendisq; viribus necessarió tribuendum est, in studio literarum, totum sæpe ponam atque consumam.

Fiat iam ex hac duplici voce, INDOCTI CONTEMNVNTVR, *Periodus, vtramque dilatando; & explicando per synonyma; primo, quid sit*, Indoctum esse; *deinde quid* contemni; *qua postquam varijs locutionibus expressero, periodum texam, primùm quidem simpliciter, & affirmando hoc modo.*

INDOCTI CONTEMNVNTVR.

(*Indocti.*) Qui omnium disciplinarum liberalium imperiti, omnisq; eruditionis expertes, in summa rerum pręclarissimarum ignoratione versantur; (*contemnuntur*) postremum vbique gentium, locum obtinent, ab omni prorsùs existimatione inopes; nec despiciuntur solum ab omnibus, tanquam inutiles, ac vani, sed etiam, in infimam deiecti conditionem mortalium, velut in pristinum ignorantiæ compingantur.

Vel per negationem.

(*Indocti.*) Qui nulla literarum cognitione pręditi, nulla ornati laude scientiarum, nullo eruditionis splendore, decorati sunt, (*contemnuntur*) Ij, nullis etiam insignes honorum titulis nulla nominis fama nobiles, nulla commendatione præstantes, ad nullos digni-

gnitatum gradus, aditum inuenire possunt; nullaque incitatispe adipiscendæ gloriæ, inhonorati ignobilesque viuunt, inglorij contemptique iacent, nullo prorsùs in loco sũt.

DEVS REMVNERABITVR VIRTVTEM.

Vt ex illis tribus vocabulis, Periodum componas, singula, per sententias synonyma, vt in superiori exemplo fecimus, explicanda erunt, hoc fermè modo

(*Deus*) Supremus rerum omnium Arbiter Devs, huius vniversitatis, quam ex nihilo condidit, Moderator sapientissimus, cuius nutù reguntur omnia, cuius providentia temperantur, qui infinita mentis suæ vi, singulorum hominum facta discurit, æquissimaque lance perpendit: (*remunerabitur*) iustis afficiet præmijs, æternaque mercede immensæ gloriæ compensabit (*Virtutem*) quidquid à nobis præclaré susceptum, quidquid gestum egregiè fuerit; ne leuissima quadam actione, atque etiam cogitatione præterita, quàm non exornet immortali laude, & vberrimo, amplissimoque honoris excellentissimi fructus, non coronet, non remuneretur, non cumulet.

SAPIENTES, AMICIS, ET INIMICIS BENEFACIVNT.

Quatuor hæ voces, simili ratione exponendæ, quatuor sequentis Periodi membra efficiunt.

(*Sapientes*) Qui ex virtutis disciplina, vitam agunt, & mores suos ad eius amussim, regulamque dirigunt, nihilque sibi faciendum putant, nisi quod honestum, præclarum, & cum laude coniunctum est; (*Amicis*) non eos solùm, quos aut studiorum similitudo, aut voluntatum consensio, aut necessitudo mutuis officijs constituta, benevolos amicosque reddidit, (*Inimicis*) sed illos etiam à quibus oppugnantur, & diffident, quos habent adversarios vehementes, obtrectatoresque

resque maleuolos; (*benefaciunt*) benefic ijs ornant, præclaris meritis sibi deuinciunt, omnique officiorum genere, ac signification benevolentiæ prosequuntur.

De Particulis, texenda Periodo, idoneis

Non de quavis Periodo, hic sermo est; sed de illis solummodo, quæ duabus constat partibus, Antecedente scilicet, seu Protasi; & Consequente, seu Apodosi, *sic inter se nexis, vt alterum pendeat ab altero. Hanc porro rationem mutuam inter ipsas partes quædam Coniunctiones inuehunt, quas qui aduerterit, leui negotio, Periodum fundet, & tunc innabitque.*

In ijs numerantur, quæ sequuntur. Quanquam, Etsi, Quamvis; *quibus respondent in Consequente;* Tamen, Veruntamen, Nihilominus. *Item ista;* Quemadmodum, Sicut, &c. *quibus opponuntur;* Sic, Ita, &c. *Ha denique.* Non solùm: Sed etiam: Quoties: Toties. Qualis: Talis. Vnde: Inde. Quò: Eò. Cùm: Tum: Quantùm: Tantùm: Non minùs: Quàm: Si (*quæ particula, semper vnum significat ab alio pendens, & consequens*) *Atque eius generis bene multæ; quibus singulis, facile esset, Periodos struere singulas, (vtileque erit, id tyronibus imperare faciendum) sed vna alterave à Tullio petitis sufficiant; quas ideò hic adscribo præ cæteris, quod omnium absolutissima habeantur. Prima, quadrimembris est, altera Trimembris.*

Pro Cæcinna 1. Si quantum in agro, desertisque locis, audacia potest; Tantùm in foro, atque in iudicijs, impudentia valeret: Non minùs, in causa, caderet Cecinna, Æbutij impudentia: Quàm, tum in vi facienda, cessit audaciæ.

Pro Quinc. 26. Si veritate, amicitia; fide, societas; pietate propinquitas colitur: Necesse est, iste, qui amicum, socium, affinem, fama, ac fortunis spoliare conatus est: Vanum se, ac perfidiosum, & impium esse fateatur.

Quid

Quid Trimembrem vocas, quid Quadrimembrem Periodum?

R. Plus dabo, quàm rogas: Nec enim illud tantùm, exponam tibi modò, sed etiam Exempla subjiciam, Periodorum omnis generis: è quibus exemplis duplex manabit vtilitas: Primum enim, quod de Numero Periodi audisti iam, tanquam manu exploratum, tenebis. Deinde, quasi aliud agendo, & per transennam, adumbratam quandam Amplificationis imaginem, intuendam exhibebo, dum hac de re, accuratiùs, suo postea loco, decernis.

CAPVT III.

Exempla Periodorum, omnis generis.

PEriodus multiplex est: *Alia dicitur, Quadrimembris, seu* Tetracolos, *quatuor membris constans: Alia, Trimembris, seu* Tricolos, *tria membra complectens: Alia, Bimembris, seu* Dicolos, *duo tantùm habens membra: Alia denique, vnius membri esse potest, dicta* Monocolos

Rursùs; Alia Quadratæ *sunt, seu* Rotundæ, *omnium perfectissimæ; sic dicta, quòd quaterna artes, ex quibus construuntur, ita in sese recurrant, rotundissimi orbis instar, vt duo vltima membra, duobus primis, ex æquo respondeant, & à quocunque incipias, suum semper sensum, suam Periodus venustatem, integritatemque retineat.*

Item, Alia, Fusæ, *ac* Volubiles, *quæ pluribus contexta membris, longeque verborum circuitu decurrentes, quadrigarum in morem, aut leniter fluentis instar amnis, sententiam vehunt. Alia demùm,* Distinctæ Membris, crebrisque Incisis, *quasi subsilientes, desiliunt per aures in animum. Sed iam ad Exempla; quibus adscribo argumentum dilatandum in ipsa periodo, ad faciliorem imitationem.*

PE-

PERIODI

MEMBRI VNIVS.

Infantium mores, Educatione formantur.

Infantium tenelli mores, sequax eorum ductilisque In omnem partem indoles, eeteraque illa quasi teneritudo, & tanquam argillæ, in quascunque figuras, mollitudo, formabilis, domesticorum primo velut attactu, veriùs multò, quàm natalium afflatu, influxuque syderum plerunque finguntur.

LVXVS, ET OTIVM, MALORVM OMNIVM ORIGO.

Luxus, & Otium, vitiorum omnium geminæ Mammillæ, continenti fluxu, animis, corporibusque, lacteam pestem instillantes, erumnas acerbissimas, morbos exitiabiles, calamitates sempiternas, miserias innumerabiles, vniuersa denique mala, in humanum genus important.

BIMEMBRES.

Peccati grauitas maxima.

1. Tanta inest peccato, vel leuissimo grauitas, tanta fœditas, tanta pestis; 2. Vt omnium mortalium salus, & orbis vniuersi conferuatio, vnico sit, vt ita dicam, mendaciolo posthabenda.

TANQVAM A FACIE COLVBRI, FVGE PECCATVM.

1. Tanquam, si immanis, horribilisque Coluber, hianti ore, oculisque igneis, pestem

ftem anhelans præfentiffimam, toto in te impetu, immineret irruens; 2. Sic, omni contentione mentis, ac virium, longè horribilius, immaniufque quovis Colubro, & Dracone monftrum, extimefce Peccatum, ac fuge.

TRIMEMBRES.

Initium Sapientiæ Timor Domini.

1. Qui veræ laudis incenfus defiderio, illuftriffimum Sapientiæ decus ambit; 2. nihil, in omni vita, antiquius habere debet, ac potius; 3. Quàm vt Æternæ mentis Numen, non tam fupplicij metu, quàm religione officij, nullo plané delicto violanda, caftè, fanctèque reuereatur, ac timeat.

VITA TVRPIS ABOMINANDA.

1. Tametfi, quantùm turpiffimis in rebus, homines fcelerati, voluptatis hauriunt in hac vita; 2. Tantùm multoq; etiam plus doloris, & cruciatuum, nō effent toleraturi in altera; 3. Eorum tamen nefarios mores, exitumque infelicem, perhorrefcere deberemus.

QVADRIMEMBRES.

Vinum, & Mulieres apoftatare faciunt Sapientes.

1. Quis hominum fuit vnquam, aut effe potuit, hoc robore animi, atque hac indole virtutis, & continentiæ, 2. Quem intemperantia gulæ, quem compotationes immodicæ, quem Vinum immoderatè hauftum, de ftatu naturæ, non ignominiosè deiecerit.

3. Aut

3. Aut quis ea præditus altitudine mentis ea iudicij maturitate, ac sapientiæ laud præcelluit; 4. Quem Fœminarum impudicu amor, & ad obscœnas voluptates libidinos propensio, abductum ab honestatis officio rationis vsu non spoliarit?

QVID SAPIENTIVS, QVAM NIHIL PECCARE?

1. Quid est, oro, à recta legum norma & à communi sapientissimorum hominum viuendi ratione, minùs abhorrens, 2. Quàm sic institu ere vitam, & mores temperare, nihil reprehensione dignum appareat? 3. Aut quid màgis honestum atque laudabile, san ctissimisq; naturæ institutis conuenientius, 4. Quàm eum vitæ cursum tenere, eamque sequi agendi regulam, vt nihil in factis no stris, seu dictis, non dignum, & imitatione, & admiratione cernatur?

QVADRATE, AC ROTVNDE,

Ingratus.

1. Si tantum apud te valeret, accepti be neficij grata recordatio; 2. Quantùm apud me valuit, tibi gratificandi studiosa propen sio: 3. Eamdem mihi nunc benevolentiam testareris, adversante fortuna meis commo dis: 4. Quam, olim, rebus mihi ad volun tatem fluentibus, testabaris.

BONA FORTVNÆ, MALA.

1 Si quantis abundent malis, fallacia fortu næ Bona, 2. Attenta mentis consideratione perpenderes: 3. Quò maiori hactenùs cura sollicitudineque illa venatus es. 4. Eò maio ri deinceps contemptu respueres, asperna reris, exhorreres.

FVSÆ, ET VOLVBILES.

Lugdunensis, inter arma, Felicitas.

1. Quoniam vestro fato, euenisse dicam Lugdunenses, 2. Vt ardentibus circumquaq; bellorum incendijs, & per armorum strepitus, ciuilesq; tumultus, serpente lue praeliorum, ac iàm latè omnia populante, 3. Inlibata, illibataque semper extiterit, augusta hæc vestra, fortunatissimaque Ciuitatis. 4. Omnique opum genere abundans, delitijsq; itæ sine metu fruens, & affluens, in ipsius fælicitatis beato sinu, placidissimé conquieuerit

1. An, quòd suorum quondam sanctissimorum Martyrum clara victorijs, præsidijsque tuta, totaque etiamnum hodie laurea, in medijs fulminibus ridet? 2. An, quòd ad supremam euecta regionem gloriæ extraque posita, communium malorum tempestates, secura gaudet, lætàque triumphat. Dum firmissimæ quæque trepidant, dum prouinciæ circumpositæ, validissimis quavis munitæ propugnaculis, consternantur.

MEMBRATIM CONCISÆ.

Melleę Apum Prędę.

Viden, vt direptrices illę Apes, ac furunculæ, per efflorescentes naturæ thesauros, per nectareas plantarum diuitias, per roseas agrorum gazas, inexplebili rapacitate, velut agmine facto, turmatim volatimque ruunt, postellatim carpunt, hortulatim fugunt, haustolatim hauriunt, alveolatim sternunt, fistulatim bibunt, mellificatim rapiunt, & le-

legionatim prædas important.

En, vt iterùm, ex alvearijs rauco bombo personantibus, præeunte Duce, æriĉtis aculeis alisque explicatis, eruptionem faciunt Areolasque illas, aromatibus saluberrimi pretiosas suaueolentibus fragantes herbulis venustissimisq; depictas flosculis, circumvolitantes, in obuios quosque fine lege flores feroces irruunt, violaria violant, rosæ aurum diripiunt, lilij argentum exportant, thymum fugunt, casiam ebibunt, serpyllum expilant, crocum esorbent, tilias, & hyacinthos exhauriunt.

FORMICARVM MIRA INDOLES.

Formicæ, non dispersæ per agros, errant soliuagæ aliarum more ferarum: sed in quandam reipublicæ societatem coeuntes, conuentus agunt, cœtus celebrant, se mutuo honore colunt, se audiunt, se consulunt, sibi obtemperant, se hortantur: iuniores iuuant consilijs, infirmiores robore subleuant, pigriores stimulis admonent, laborantes hortatibus vrgent, ægras curant, mortuas afferuntur, ætate prouectas singulari reuerentia prosequuntur.

Eas iure diceres, cum hominibus participare rationis vsum; adeò, pro innata sibi sagacitate, rerum causas, & principia vident earum progressus, & quasi antecessiones percipiunt, componunt similitudines, ventos præsentiunt, imbres præsagiunt, futura prospiciunt, & subtili consequentium comprehensione cum primis, præsentibus ventura illigant, & preteritis futura connectunt.

CAPVT IV.

Vsus Periodi.

QVomodo vtendum Periodo?

R. Dicam libenter: habet enim res ista, multas cautiones: sed duas ego untaxat appono breuiter.

Prima. Ipso dicendi adiùt, & orationis xordio, fermé adhibentur Periodi tornatæ legantiùs, numerosoq; sententiarum tractu ircundnctæ, suaviterque cadentes; quò ninirum insinuet se blandiùs oratio in aninum auditoris, eiusque beneuolentiam, & ttentionem sibi conciliet: Nisi forté, genus st huiusmodi, quod istam dictionis lenitaem non admitteret.

Secunda cautio est; vt, cum vbique, tum ic maximè, habeatur ratio varietatis, ne fastidium pariatur audientibus, si pari semper ressu incedet, parimodo subsistat oratio. Quapropter curandum est, vt modò tractim ucatur, & numerosè fluat; modo distinuatur in membra, modò feratur per incisa. At, vbi ad Perorationem deventum est, in ua excitandi sunt motus animorum, nen àm verborum, quám sententiarum; nec àm numeri, quàm ponderis, est habenda atio. Ac de his satis. Ad alia Orationis rnamenta veniamus.



PRO-

PROGYMNASMA II.

DE FIGVRIS.

CAPVT I.

Earum Natura, & Diuisio.

QVID sunt in oratione Figuræ?

R. Quod in horto flores, in Cœlo Stellæ, in ore, Veneres, in collo Torques: in digito Annuli aurei, & in annulis Gemmæ: Figuris enim Oratio, quibusdam quasi flosculis distincta nitet, & tanquam stellulis conspersa lucet, & ceu gemmis raddiata micat, & coloribus quasi illuminata, monilibusq; fulgens prætiosis, pulcré resplendet.

Quid est Figura?

R. Est conformatio quædam sermonis elegantior remote à communi sensu, & loquendi consuetudine. Itaque; quod præter communem vsum loquendi dixeris, id cum figura dictum putabitur.

Quotuplices sunt generis?

R. Duplicis, Aliæ dicuntur Figuræ Verborum; Aliæ, Sententiarum, quæ à Græcis dicuntur *Schemata* Latiné. *Hobius, modi, ornatus*.

Quæ vocantur figuræ Verborum?

R. Eæ, quę in verbis tantúm habent dignitatem; id est, quæ positæ sunt in sola conformatione Verborum, qua immutata, figuræ pereunt; v. g. *Quid me aspecta? Quid meam fidem imploras?* Figura est, quæ dicitur, Repetitio. Quid si ita immutem verba, *Quid me aspectus? Cur meam fidem imploras?* tunc non erit figura eadem, quia non erit illius particulæ, *Quid*.

Quæ dicuntur Figuræ Sententiarum ?
R. Quæ non in verbis solùm, sed in reb is fis, quandam dignitatem habent; hoc est, ıæ ita positæ sunt in sensu, ac sententia, vt ıibuscunque verbis proferantur, eadem mper figuræ vis, ac maiestas seruetur. Sed ·iusquàm has illasque figuras explicemus, auc. præmittenda de Tropis.

CAPVT II.



De Tropis.

QVid est Tropus ?
R. Est Verborũ translatorũ vsurpatio.
Vnde hoc nomen ducitur ?
R. A voce Græca, Τρέπω, id est, *Verto.* Icircò, quoties vox aliqua, á propria significatione in alienam conuertitur, & transrtur, *Tropus* dicitur.
Quotuplex troporum genus est ?
R. Duplex; aliud, eorum est, qui in vno rbo; Aliud, eorum, qui in pluribus vers fiunt.
Quot sunt Tropi in vno Verbo ?
R. Septem. Metaphora, Synedoche, Menymia, Antonomasia, Onomatopœia, Cachresis, Metalepsis.
METAPHORA est Trãslatio verbi, ab vno i proprium est, ad aliud, cui non est proium. Vt, *Homo ardens ira.* Nam *ardens* proé igni conuenit; & trasfertur ad homim, cui non est proprium; neque enim ho*ardet*, sed ignis.
SYNECDOCHE, est, 1. Cùm pars pro o ponitur. Vt *puppis*. pro *Naui.* 2. Cùm um pro parte, vt *fons*, pro *aqua*. 3. Cùm nitur materia, pro ipsa re, quæ ex illa fit *ferrum*, pro *Ense.* 4. Cùm antecedentia i, consequentibus vsurpantur. Vt, *Boues ab agris.*

Agricolis reducuntur, *Nox aduentat*.

METONYMIA, seu Transnominatio, cum pro effectu, Causa; aut contra, pro causa, effectus ponitur. Vt cùm, *Cererem*, pro *pane*; *Bacchum*, pro *vino* dicimus; quia Cereres, frumenti; & Bacchus, vini inuentores sunt.

ANTONOMASIA, seu Pronominatio, cum aliquid, pro vero rei significatæ nomine sumitur. Vt, *Euersor Carthaginis*, pro *Scipione*, qui euertit Carthaginem.

ONOMATOPOEIA, seu Fictio vocis, cùm vox aliqua fingitur, ob similitudinem, quam habet, vt ipsa re significata. Vt *Mugitus*, pro ipso sono, quem boues edunt.

CATACHRESIS, seu Abusio, cum scilicet abutimur significatione alicuius rei, ad aliam significandam. Vt, *Parricida*, de eo qui matrem interfecit, qui proprie *Matricida*, dicendus esset.

METALEPSIS, cum aliqua dictio, aliud à propria sua significatione; ex ijs quæ antecesserunt, significat. Vt.

Post aliquot mea regna videns, mirabor aristas.

Id est, *post aliquot annos*. Nam ex aristis, æstates: ex æstatibus, annos intelligimus.

Quid sunt Tropi, qui in pluribus verbis versantur?

R. Quatuor. Allegoria, Periphrasis, Hyperbaton, Hyperbole.

ALLEGORIA est, cúm aliud verbis, aliud sensu, ostenditur. Vt *Cum magnas subijsset tempestates, rerum omnium naufragium fecit*. Hoc est: *Cùm magna adijsset pericula, amisit bona omnia*.

PERIPHRASIS, seu Circumlocutio, cùm id pluribus verbis explicatur, quod paucioribus dici poterat. Vt, *Ille, à quo vitam accepisti*, id est. *Tuus pater*.

HYPERBATON, seu Transgressio, cum perturbatur ordo verborum. Vt, *Qua de re*: pro, *De qua re*. *Mecum*; pro, *Cùm me*.

HYPERBOLE, seu Superlatio, aut Excessus,

ius, est, cum sententia aliqua fidem exit, augendæ rei gratia. Vt, *Niue candi-* . *Anteire cursibus auras.*

CAPVT III.

De Figuris Verborum.

N quo hæ figuræ á Tropis differunt?

R. Quòd Tropi fieri nequeant nisi verbis anslatis; at Figuræ verborum, proprijs :rbis constare possunt. Vt *Occidi, occidi bo-m patria*. Figura est, quæ repetitio dici-ir, non tamen Tropus est; quia *Occidi*, ver-ım propriem est, non translatum.

Quomodo fiunt Figuræ Verborum?

R. Tribus modis. 1. per additionem, cùm ilicet, verbum verbo additur. Vt, *Veniet, niet illud tempus*. 2. per detractionem, cum :trahitur aliqua vox. Vt, *Parentes, propin-os, amicos prodidit*. detrahuntur enim co-iunctiones. 3. per similitudinem; cùm va-æ voces inter se similes ponuntur. Vt, *Hoc stimenti genus, fœminas non tam ornat, quàm erat*. Has ternas lustremus Figurarum lasses, & incipiamus à prima.

FIGVRÆ PER ADDITIONEM,

REPETITIO.

REPETITIO *figura est, cùm ab eadem voce, riods membra inchoantur*. Vt.

Quem populus Romanus damnauit, quem enatus damnauit, quem omnium existima-o damnauit, eum vos sententijs vestris ab-lueris?

Vix hostem inuenerat, iam vrgebat, vix ctora viderat, iam terga cædebat.

Accu-

Accuſant ij, qui fortunas eius inuaſerunt; cauſam dicitis, cui nihil præter calamitatem relinquerunt. Accuſant ij, qui plagas inflixere; Cauſam dicitis, qui accepit. Accuſant ij, &c.

CONVERSIO.

CONVERSIO. *eſt, cum ab eodem verbo finiuntur periodi membra.* Vt.

Illud ex te audire cupio, quare, cùm ego te defenderim, non rogatus defenderim, immeritum defenderim, periculo meo defenderim, tu horum omnium immemor, me oppugnas?

Doletis, Ciues optimi, euerſa eſſe veſtra templa? illa euertit hæreſis. Lugetis, ſacra maiorum monumenta, ſuis ſpoliata eſſe ornamentis? ſpoliauit hæreſis. Sacratos homines crudeliſſimè trucidatos? trucidauit hæreſis.

COMPLEXIO.

COMPLEXIO, *Repetitionem complectitur & Conuerſionem; cùm videlicet oratio, eodem verbo inchoatur & definit.* Vt.

Quis accuſauit. Inimicus. Qui teſtes produxit? Inimicus. Qui tulit ſententiam? Inimicus. Qui irrogauit pœnam? Inimicus.

Qui ſunt, quos Devs ſummé odit? Impudici. Qui ſunt, quos etiam in hac vita, diris ſupplicijs afficit? Impudici. Qui ſunt, quos æterni poſt mortem, cruciatus maneri in inferis? Impudici.

Vis, ó Chriſtiane, frænare libidinem? Ora. Vis hoſtem pudicitiæ frangere? Ora. Vis conſtantiæ coronam referre? Ora.

CONDVPLICATIO.

CONDVPLICATIO. *eſt, cum idem verbum, vel initio, vel in ipſo decurſu orationis geminatur, affectus exprimendi gratia.* Vt.

Cic. in Catil. Viuis; & viuis, non ad deponendam, ſed ad confirmandam audaciam.

Bona,

Bona, (miserum me! consumptis enim la-rymis, tamen infixus animo hæret dolor) ona, inquam, Cn. Pompeij, fuere acer-issimæ voci subiecta præconis. *Cic. 2. Phil.*

Nunc etiam audes, in horum conspectum enire, proditor patriæ; proditor inquam, atriæ, venire audes in horum conspectum? *4. ad Herenn.*

Commotus non es, cùm tibi mater pedes nplexaretur, non es commotus. *Ibid.*

TRADVCTIO.

TRADVCTIO, *qua & alio nomine dicitur olyptoton, cùm eadem vox, diuersis locis repeti-ur, casibus, aut generibus, aut temporibus pau-ùm immutatis.* Vt.

Ei sum infensus, eius aspectum ferre ne-ueo, illum auribus oculisque respuo, illo uperstite, vitam tranquillam agere non oßum.

GRADATIO.

GRADATIO, *seu Climax, est cùm ab vno, id aliquid fit progressio. aliqua repetendo eorum, jua iam dicta sunt.* Vt.

Mihi doctrinam diligentia, doctrina glo-iam, gloria æmulationem, æmulatio sem-piternam laudem cnmparauit. *Sed de Gra-latione fusiùs in figuris Sententiarum.*

SYNONYMIA.

SYNONYMIA, *est coaceruatio multorum ver-iorum, eandem significationem habentium.* Vt.

Illum tandem aliquando, furentem auda-cia, scelus anhelantem, pestem Senatui ne-fariè molientem, bonis omnibus exitium ma-chinantem, emisius, eiecimus, eliminavi-mus. Abijt excessit, erupit, evasit. Illum redire non sinam, non feram, non patiar. *Cic. in Catil.*

An verò vos soli ignoratis, vos hospites in hac vrbe versamini, vestræ peregrinantur aures. *Cic. pro Mil.*

POLYSYNTHETON.

POLYSYNTHETON *est, cùm multa co-*

 niun-

niunctiones congregantur. Vt.

Teque tuique similes, tibique charos, & aspernos, & averror, & execror; nec rimeo minas, quas iactas, nec terrent me pericula, quae denuncias.

Figura per Detractionem.

SYNEDOCHE.

SYNEDOCHE, *Figura est in narrationibus vsitatissima; fitque, cùm verbum quoddam reticetur, quod facile intelligitur*. Vt.

Hic tumultuari famuli, lugere ancillæ, mœrere filij, coniux misera lamentari. *Subauditur*, cœpit, *vel* cœpere. *Plura exempla Progymnasma de Narratione, subministrabit*.

ADIVNCTIO.

ADIVNCTIO *est, cùm ad vnum verbum sententiæ plures referuntur*. Vt.

Cic. pro Cluent. Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.

Ea flagrat cupiditate, vt illam nec pudor ab infamia, nec pudicitia à strupi fœditate, nec pietas à scelere, nec generis, ac familiæ macula á libidinum turpitudine avocare queat.

Nulla libido ab illius corpore, nulla vis à manibus, nullum flagitium à sceleratissimis eius factis abfuit vnquam.

Cic. pro L. Manil 40. Non illum avaritia ab instituto cursu, ad prædam aliquam revocauit, non libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem, non denique labor ipse ad quietem.

DISIVNCTIO.

DISIVNCTIO, *seu Dissolutio, cùm demptis coniunctionibus multa repleantur*. Vt.

Cic. pro Arch. 16. Studia literarum adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, ad

uersis

ierfis perfugium, ac solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.

Figuræ per similitudinem.

PARONOMASIA.

PARONOMASIA, *seu* Annominatio, *cùm aululùm immutata verba, atque deflexa, in oratione ponuntur.* Vt.

Cum lectum petis, de letho cogita.

Quo quis amantior, eò plerumque amentior est.

SIMILITER CADENS, ET DESINENS.

SIMILITER CADENS *est, cùm duæ, vel plures sententiæ, seu orationis membra, simitiser iisdem casibus efferuntur.* Vt. *Cic. pro Rosc.c.72*

Quid tám commune, quàm spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus iectis.

SIMILITER DESINENS *est, cùm plures sententiæ simili modo finiuntur* Vt

Tam felix Imperator est, vt eius semper voluntatibus, non modò cives assenserint, socij obtemperarint, hostes obedierint, sed etiam venti, tempestatesque obsecundarint. *Cic. pro L. Manil* 48.

ISCOLON.

ISCOLON, *seu* Compar, *cùm varia orationis mēbra constat pari ferme numero syllabarū* Vt *Cic. pro L. Manil* 35.

Tam difficile bellum Pompeius extrema hyeme apparuit, ineunte vere suscepit, media æstate confecit.

Non est difficile viatori per apertam planitiem, nullis sentibus interclusam, nullis fluviorum anfractibus impeditam, nullis decurbus lubricam, nullis saxetis asperam, sine prolapsione cursitare: At verò iter celeriter conficere, dura constratum glacie, alta

obsitum niue, cautibus asperum, vepribus inuium, torrentium concursu ruptum, non parui laboris est opus.

CAPVT IV.

De Figuris Sententiarum.

HIs figuris, vt nihil in arte Rhetorica præstabilius, si vsurpentur, ea, quâ par est, moderatione, ac prudentia: ita nihil ferè putidius, temerè, ac pueriliter adhibeantur. In id vitij incurres, si quæ de singulis hic apponam., diligenter expenderis: Exempla præsertim si attentè leges, in quibus, velut in speculo, tum ipsius figuræ naturam, tum multiplicem eius efformandæ rationem, conspicies: Consultò quippè, in eorum quibusdam, multa congero, quæ certè resecanda ducerem, si alius mihi scopus, quam legentium profectus, propositus esset.

ALLEGORIA.

ALLEGORIA, *nihil aliud est, quàm multiplicata, & continuata Translatio. Tametsi autem Figura hæc; in verbis sita sit in sententiarum tamen dignitatem, & locum habere potest, ob similitudinis gratiam, quam plerumque continet, & Translationis leporem. Exempla habet duo Cicero speciosissima.*

EXEMPLA.

RATIO COMITIORVM.

Pro Mur. 35. Quod fretum, quem Euripum, tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes flu-

Auctuum, quantas perturbationes, & quantus æstus habet Ratio Comitiorum, Dies intermissus vnus, aut nox interposita, sæpè perturbat omnia; & totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris.

MAGNITVDO ANIMI.

Neque tam fui timidus, vt qui in maximis turbinibns, ac fluctibus Reip. navem gubernassem, saluamque in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam, aut Collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem. Alios ego vidi ventos, alias prospexi animo procellas, alijs impendentibus tempestatibus non cessi; sed vnum me, pro omnium salute obtuli. *In Pisor. 20:*

His duobus Exemplis adijciamus tertium, sequentem sententiam exprimens.

FRVSTRA TEGITIS VESTRAS LAVDES.

Nequicquam huic honori Soli, qui collucet in vestris animis, nubem moderationis obijcitis, Iubar illud virtutum irradians, castigatum modestiæ velo, amabilius emicat. Frustra, nobilissimo laudum flumini á vestrorum profluente meritorum fontibus, opponitis verecundæ dissimulationis aggeres, honestique molem pudoris: Quô illas coercetis arctiùs, ferueriusque cohibetis; eo magnificentiùs intumescens exundantis gloriæ fluctus; brevique fiet, & reuulsis obicibus extra vitæ ripas, temporumque limites sese diffundant, & exestuent, omnemque posteritatem fluxu venerationis dignissimo gloriosé circunluant.

ANTITHESIS.

ANTITHESIS *figura est, quà verba verbis, aut sententia sententijs apposita referuntur.* Vt.

Cicer. in Catil. 10. Quis ferre posset inertes homines, fortissimis insidiari, stultissimos prudentissimis, ebriosos sobrijs, dormientes vigilantibus?

Pro M. Fonteio 22. Potestis ignotos notis, iniquos æquis, aliénigenas domesticis, cupidos moderatis, mercenarios gratuitis, impios religiosis, inimicissimos huic imperio, & nomini, bonis, ac fidelibus socijs, & ciuibus anteferre?

Ex hac parte pugnat pudor, illinc impudicitia, hinc petulantia, illinc stuprum; hinc fides, illinc fraudatio, hinc, &c.

His exemplis, adnectamus vnum paulo diffusius, & magis pium.

EXEMPLVM.

IESVS INFANS.

Transeamus vsque Bethleem cum pastoribus, & videamus, & veneremur IESVM in præsepio, & demiremur in Infante, virum; Principem in seruo; Sapientem in puero; Rectorem orbis, iuris factum alieni. Demiremur, & adoremus Splendorem, tenebris offusum, Potentiam constrictam vinculis, Infinitatem terminis finitam, Immensitatem circumscriptam cunis, balbutientem Sapientiam, Sublimitatem cum humilitate, fortitudinum cum infirmitate coniunctam, Opificem mundi, puellæ opus: Eum, qui sedet super Cherubin, reclinatum sub brutis animantibus. Qui ambulat super pennas ventorum iacere stratum in spelunca pecorum. *a Paronomasia.* Qui terram *a* mari circumdedit, brachijs Mariæ circumdatum. Adoremus, inquam, & stupeamus è Virgine prolem: hoc est flores ab hyeme, flammas ab aquis, in rubo ignem, rorem in vellere: hoc est, *b* sine radice fructum, sine semine messem, sine fonte riuum, fine trunco Arborem vitæ, Filium sine patre, Coniugem sine coniuge, ac denique, *b Repetitio, & Simileo cadens.*

nique Virginem matrem, Monarcham famulum, subditum Regem, hominem Deum,

APOSTROPHE.

APOSTROPHE *Latinè*, Aversio, *est*, *cùm ab auditoribus, quos alloquimur, ad absentem, vel præsentem quempiam, seu viuum, seu mortuum, aut etiam ad res inanimas sermonem conuertimus, quas, vel personas quasdam, compellamus. His autem ferè modis à Tullio petitis, figuratur Apostrophe.*

Vos Albani tumuli, atq; luci, vos inquam, imploro, & obtestor: vosque obrutæ aræ, quas ille substructionum insanias molibus oppresit, tunc vestræ religiones viguerunt, vestra via valuit: Tuque ex tuo edito monte, Latialis Iupiter, aliquando ad eum puniendum oculos aperuisti. *Pro Mil. 86:*

O Dij immortales, vos enim hæc audire cupio, impius hic vestra sacra curat? Vestrum nomen horret? non illud auctoritati iorum omnium? *Pro Domo.104.*

Vos, vos appello, fortissimi viri, qui mul um pro republica sanguinem effudistis: vos, n viri, & in civis inuicti appello periculo, Centuriones, vosq. milites, vobis non modò inspectantibus, sed etiam armatis, & huic iudicio præsidentibus, hæc tanta virtus, ex hac vrbe expelletur? exterminabitur? eijcietur? *Pro Milon. 102.*

Te nunc, Scipio, te inquam lectissimum adolescentem, appello, abs te officium uum requiro, & flagito: cur pro hoc homine pugnas? cur eum defensum esse vis? *6. In Verr. 79.*

EXEMPLA:

Ad supellectilem humani luxus.

Acceptis à Deo beneficijs abutimur, vt eius numen augustissimum, nostris maleficijs offendamus? c Quid enim est, quod non vertamus in instrumenta vitiorum? quo non muniamus nobis iter ad crimen? d Vos appello - Ædes sumptuosæ, aulæis, ac picturis illustrate pretiosissimis? Vos Vasa splendida, vos radiantes auro Abaci: Vos, Thalami argento rutilantes, purpureaque Strata, vos appello: Dicite, quot, in vobis flagitia, quot per vos scelera patrantur? Quot, vobis testibus, ac conscijs, & quàm nefanda facinora committuntur? &c.

c *Interrogatio.*

d *Repetitio.*

AD B. VIRGINIS VBERA:

Virginis mammam, diuinis Infans appetit: e purissimum expande gremium, diuina Mater, aperi sinum, profer vbera, papillas admove, filio exsugendas præbe. Audit Virgo parens, Natiq: nutibus obsecutura, roseum explicat sinum, dulcitudinis ex promit thesaurum, mammillam ostendit, papillam porrigit, & inserit in os pueri IESV. O rosis, lilijsque purius, candidiusq: gremium! Stillate, in labella pueri Dei, gemini ambrosiæ Fontes; mellifluæ manate Gemmæ, nectarei fluite Riuuli: effundite argenteæ venulæ, quidquid suavitatis vobis inest, in suavissimum Puelli pectus, & implete venas, liquore lacteo, commutando mox in sanguinem, olim pro salute nostra fudendum.

e *Expositio, & distinctio.*

AD VENTOS.

Iacet in stabulo, Regum Dominus, recens natus: recubat nudus media Hyeme, Virginis filius, in spelunca, ventis, niuibusque peruia, totoque contremescit corpusculo,

Deus

Deus Infans. Ah! Venti, si quis vobis favor ineſt, ſi qua pietas, rigorem remittite: Ah! frigidos, inhibete flatus, ſæui Aquilones: Ah! quæſo, alias perſlate plagas, Auræ violentæ. Tu Zephyre molliculæ. Tu, ſuaviuſcule Favoni. Vos, Auræ blandulæ, repentibus, huc aduolate pennulis, halituque diluculo, obſequio fovete delicato, divinas Pueri tenelli cunas.

AD CINERES SANCTORVM.

Ingemiſcite, ſi quis modò vobis ſenſus eſt, Cineres ſacri, religioſi Tumuli, ſepulcra ſancta, Monumenta templorum auguſtiſſima, pretioſis veneranda reliquijs, ingemiſcite: Quas enim Aras, & Templa, pietate, ac religione veſtra, conſecratis, Ea nunc impij homines, ac ſacrilegi pollunt.

AD OCVLOS, ET MANVS.

Supremæ Majeſtatis numen offendi; miſer divina mentis æternæ juſſa contempſi; impudens, ſanctiſſimaſq; leges per ſummum ſacrilegium violavi. O me ſceleſtum, veſanum, impium! Colliqueſcite oculi mei, admiſſorum dolore facinorum; profundite perennes aquas pœnitudinis; uberrimam lachrymarum vim continenti fluxu profundite, & eluite, ſi poteſtis, aſſiduo, & amaro fletu ſordes criminum, ad quæ patranda, duces, heu! tam ſæpe mihi, & anteſignani fuiſtis.

Vos veró, meæ, ô rigide manus, effectrices antea, & admiſtræ, vltrices mox futuræ tot ſcelerum. diſturbate iam, nefarias molitiones veſtras diſturbate; .f. plangite quę feciſtis flagitia, flagellis vos inſtruite ad vindictam, crebriſque, ac validis ictibus ferite, tundite, pulſate latera, laniate homeros, concidite pectus dilacerate corpus univerſum. *f Diſiunctio, Commoratio, Gradatio*

AD ASTRA, ET FLORES.

Mentem illuſtrate noſtram, lucidiſſima Sidera,

ra; cœcitatem, splendore vestro depellite à nostris animis; impiumque torporem, motu micantissimo excitata: Vos enim mentis licet expertia, ad Dei tamen jubētis imperium per statas motuum periodos, indefessa vertigine, & admirabili cum celeritate, ab ortu proprietatis, ad occasum, vicissitudinesque anniversarias constantissimè conficitis; Nos veró immortalium spe p ęmiorum invitati ab eodem supremo Numine, ad conficiendum virtutis iter, hæremus humi, volutamur in cœno vit orum, ad inanes turpissimasque voluptates adhærescimus.

Verùm hebetiores sunt nobis oculi, spectare nequeunt tam alté, nimioq; perstringuntur Astrorum fulgore cœlestium: Ergo agitate, g Astra terestria, camporum Stellæ odoriferę, scintillantes hortorum Gemmæ, suaveolentia naturæ Monilia, Amęnitates animatę, odore vestro, nos ad honoris amorem pellicite, foliorum nitore, ad vitæ decus excitate, colorum varietate gratissima, eximiaque pulchritudine, ad laudis studium, ad omne officij genus, ad rerum æternarum contemplationem impellite.

g Disfinitiones cō globate.

AD COLLES, ET FLVVIOS LVGDVNENSES.

Extincta sævientium in Christianos Imperatorum tyrannide, respirare cœpit Ecclesia Lugdunensis: Religiones ipsæ atq; Aræ, quas illi omni nefario ritu, ac scelere macularant, commovisse se videntur præ gaudio, cùm immanes illas cadere belluas viderunt. Vos Vrbani Tumuli, martyrum quondam cædibus irrigui, vos, imminentes huic urbi Colles sacro sanguine naufragi, vos appello, uobisq; gratulor: Oppressi diu idolorum simulacris emersistis tandem, & gestientes nunc lætitia, religiosis virorum fœminarumq; domicilijs inclyti collucentesque triumphatis.

Vos etiam appello, Fluvij nobilissimi alluen-

tentes, & preterfluentes hanc vrbem: quorum olim cursum, purpurati Carnifices, mactatis Christianorum cadaveribus retardauit; cruenta tunc evoluebaris fluctuum volumina turbulenti: nec tàm sanguine, quàm ra erubescentes, ac spumei: qui nunc, post dditos illos orco Tyrannos limpidi, placidique, vndis in cincinnos sese blandè crispantibus, exultanti fluxu, tranquillè decurriris n oceanum.

COMMVNICATIO.

COMMVNICATIO *est exornatio, quà causa nostra confidentes, aut ipsos consulimus adversarios, aut cum Iudicibus, quid faciendum sit, quidve factum oportuerit, deliberamus.* Vt.

Nunc ego vos consulo, quid mihi faciendum putetis: id enim consilij profectò taciti dabitis, quod egomet mihi necessarió capiendum intelligo.

Tu denique Labiene, quid faceres, tali in re, ac tempore: cùm ignaviæ ratio, te in fugam impelleret, Consules ad patriæ salutem vocarent; quàm tandem vocem sequi cuius imperio parere potissimum velles?

Quærò à vobis, Iudices, &c. [hic, quæ res agatur, explicet: posteaque, sic eos consulit.] Quid est, quod hac tandem in re, vobis possit videri: Profectò, si rectè vestram bonitatem, atque prudentiam agnovi, non multùm me fallit, si consulamini, quid sitis responsuri.

EXEMPLVM.

DE MVNDI CONTEMPTV.

Adhuc hæres? Etiamnum fluctuas, levissime

sime Adolescens? necdum adduci potes, ad contemptum rerum caducarum? Verùm esto. Nullius sint apud te ponderis, quæ hactenus attuli; æquo animo feram, consilium despici meum: At, te ipse saltem consule: te audi, obsecro, tibi omptempera. Quæro enim, abs te; si te hinc Regina pulcherrima, omnibus abundans fortunæ bonis, omnibus instructa naturæ dotibus, comiter vocaret ad se, te vt haberet sponsum, Regemque faceret; inde proterua, fœdaque Meretrix, te impudenter ad turpem inuitaret amplexum; & illa quidem adiri non posset, nisi per angustum callem, vepribus impeditum, ac saxis asperum; ad hanc verò, vita duceret amœna, & facilis; Quid tunc amabo faceres? vtrius tandem vocem sequi, vtri parere potissimùm velles? Profectò, si bene noui tuam indolem, video, quid esses facturus. Exhorreres videlicet, huius aspectum Postribuli, & per media senticeta, advolares ad Reginæ sinum. Cur ergò, id non agis, cùm licet? cur consilio non vteris tuo? vocat te Virtus, ad æterna gaudia, & ad diuinos amplexus; obscœna, te, contra Voluptas, ad ærumnas sempiternas allicit: & illam aspernaris, ob leuem viæ difficilioris laborem, & huic te mancipias, quód iter videas conspersum flosculis. O cæcitatem!

CONCESSIO.

COnceffio, *Figura est, cùm videmur, etiam aliquid iniquum, vel pati, vel aduersario concedere fiducia causà, quòd nimirum ille etiam parte concessa, nos superiores fore confidamus. Hac autem figura eleganter, & plerumque vtimur, cùm ab vno ad aliud transeundum nobis est.*

Id exemplo sequenti planum fiet: in quod, de industria elegantiores congessi. Concedendi formulas

...ulas: ut sic uno sub aspectu subjiciam, huius ...ura ideam multiplicem.

E X E M P L U M.

...N ADOLESCENTEM FERUNCULUM.

Non dubitaui, inquis, quoniam se vltrò, *Pro*
... inopinanti obtulit occasio, & apertam re- *Quinct.*
eri parentis arcã, aliqvot inde aureas edu- 56.
ere. Improbè factum: neque enim oblata
ccasione malé agendi, vti vnquam licet. Ve-
ùm, quoniam, tu id tibi arrogas, & conce-
i postulas, concedamus. At, cur postridie,
d eandem arcam reversus es? Cur obsera-
am recludere vncino, es conatus? Cur diú
rustra luctatus, seram perfregisti? Non id
gi, respondes, malevolo animo: curiosita-
e inductus, quid intùs esset, scrutari vo-
ui. O excusationem ridiculam! o curiosum
nnocentem! At esto, tege nequitiam men- *4. In*
acio: prædare in paternis bonis, capsas ex- *verr.*46
auri, cistas expila, rem omnem familiarem
ilapida: Num etiam frati tuo, ad furan-
um, præferre facem oportuit? Non prætu-
, ais: ipse potius exemplo mihi præivit suo.
ametsi adhuc mentiare, hoc tamen tibi do,
tque concedo. Esto, si ille tibi hac in re *5. In*
aud absimilis, sit fur, sit malitiosus, sit *verr.*16.
tque ac tu, promptus ad omne facinus: At
erté, paratum restituere, quæ abstulerat,
uocare non debuisti: neque enim me latet,
uas ei minas intenderis, quæ pericula de- *6. in*
unciaris, si redderet. Verùm, fac te illius: *verr.*19.
on illum, tua secutum esse vestigia: fac
ius impulsu, te tantum nefas perfecisse: Ei-
e, natu minori, & adhuc puero, te iam
tate firma, assentiri decuit? Quid respon-
ebis?

COR-

CORRECTIO.

CORRECTIO *est, quæ verbum, aut sententiam retractat, & corrigit, vt aliquid addatur, quod rem augeat. Vt,*

Pro Muren. 8. Atque hæc, Ciues, Ciues inquam, si hoc nomine eos appellari fas est, hæc de patria sua cogitant.

Pro Cœlio 71. O stultitiam! stultitiam ne dicam, an impudentiam singularem!

Pro Ligario 26. Quæ fuit igitur, in hoc homine constantia? Constantiam dico: nescio, an meliùs patientiam posse dicere.

Pro Sen. 110. Cui vnquam homini bono, bené dixit vnquam? benè dixit? imò, quem fortem, & bonum ciuem, non petulantissimè est insectatus?

3. Philip. 3. In exercitu comparando, patrimonium suum effudit. Quanquam, non sumus vsi eo verbo, quo decuit: non enim effudit, sed in saluti reipublicæ collocauit.

ProRosc. Amer. 134. Quæ conuiuia, fieri putatis, in huiusmodi domo? si domus hæc habenda est potiùs, quàm officina nequitiæ, & diuersorium flagitiorum omnium.

Alijs Exemplis hic opus non est, quod hac Figura, fieri paucis verbis solet.

DEPRECATIO.

DEPRECATIO, *Figura est, quâ opem alicuius, Dei, aut hominis imploramus.* Vt.

Pro Deiotaro 8. Hoc nos primùm metu, Cæsar, per fidem & constantiam, & clementiam tuam liberane resideret in te vllam partem iracundiæ suspiceremur. Per dexteram te istam oro, quam Regi Deiotaro, hospes hospiti porrexisti: istam, inquam, dexteram, non tàm in bellis, & in prælijs, quàm in promissis & fide firmiorem. O B-

OBTESTATIO. *Deprecationis genus est, in scilicet, in re gravi, advocatus aliquem, vel minem, vel Deum, in testimonium veritatis* Vr.

Vnum restabat illud, quod forsitan non ne-io vir fortis dixerit: restitisses, repugnasses, fortem pugnamus oppetisses. De quo, te, , inquam, Patria, obtestor, & vos Penates, patrijque Dij, me vestrarum sedium, emplorumque causa, me propter salutem reorum civium, quæ mihi semper fuit mea harior vita, dimicationem, cædemque fugisse. *Pro Sex.* 45.

EXEMPLVM.

IOSEPH FRATRES DEPRECANS.

Quid hev! molimini Fratres mei? quid mi-i machinamini? occidere me vultis? in pu-eum, me vultis agere præcipitem? Ah! supplex omnes oro, singulosque, humi pro-volutus obsecro, ignoscite: si quid à me, in vos peccatum est inconsiderantia, fecisse pœnitet. O Iuda, ò Ruben, ò Simeon, mi-sereat vos meæ pueritiæ: *a* per parentis no-men, per matris pietatem, per ego vos, il-lum sinum, & vbera, quæ vos aluere, pre-cor; per quidquid sanctum in cœlis est, & in terris sacrum, misello parcite: date veniã fratri, Fratres optimi. Per hæc genua, vos obtestor, quæ teneo, & amplector: per istas manus. quas veneror osculis, lachrymisque rigo. Ah! Parens suavissime, te appello: imploro vestram opem, Cœlites. *a Repetitio.*

DISTRIBVTIO.

DISRIBVTIO, *seu*, Partitio, *est cùm id quod summatim dici poterat, fusius explicamus, & in suas partes distribuimus.*

EXEM-

EXEMPLA.

ADOLESCENS CASTVS, ET INTEGE

Lectissimum hunc Adolescentem, non i genita huic ætati leuitas, à suscepto vitæ c filio reuocauit; *b* non improborum sodaliu blanditiæ ad voluptates; non locorum quibus degit, amœnitas ad delectatione non maiorum nobilitas ad ambitionem; corporis, ingenijque præstantia, ad arroga tiam; non, aliorum impuritas ad libidinem non amicorum conuictus ad compotati nes intempestiuas; non denique summ rerum omnium affluentia ad aliquod pr brum, infamiamque detraxit.

b Repitio. Disiunctio.

VIR OMNI VIRTVTE PRÆDITVS.

Eminet in hoc homine altitudo animi, i condonandis offensis, in liberali gratificandi voluntate, in detestandis auaritiæ sordibus, & malorum omnium seminario, cupiditate, neglectisque proprijs emolumentis, & com modis, totum se ad aliorum salutem ma gnifico, excelsoque animo explicat. Cerni tur in capessendis rebus arduis magnitudo mentis; in rimandis negotiorum vijs, perve stigandisque quàm aptissimis mira sagaci tas; in gerendis, acre consilium; in perse quendis, summas inter difficultates, ad ex tremum vsque constantia: Nihilque est, quod aut non cautissimis cōsilijs administret, aut strenuo labore perficiat; vir planè inter ritus periculis; infractus malis; inuictus aduersis, calamitatibus inexpugnabilis, ad labores impiger, ad pericula fortis, ad consi lia prudens, ad casum fortunamque felix.

DVBITATIO.

DVBITATIO est, *cùm hæremus, & ambigimus, quid dicendum, agendumve sit.* Vt

Quid;

Quid, si hæc criminatio, abs te, tota per ..amam fraudem ficta est? quo te nomine ..ellemus? Improbum? at, etsi nihil esset e confictum, tamen in cæteris iniurijs, ..as innocenti intulisti, improbissimus repe..aris, num malitiosum? negas. Fraudo..tum? iam id quid arrogas tibi, & præ..rum putas, Audacem? cupidum? perfi..sum, vulgaria, & obsoleta sunt: res au..n noua, & inaudita. *Quint. 56.*

Quid primum quærar? aut vnde potissimũ ..rdiar, aut quod, aut á quibus auxilium ..am? Deorumne immortalium? Populine ..mani? Vestramne, qui summam potesta..n habetis, hoc tempore, fidem implorem? *pro Amerist. 29.*

Equidem, quod ad me attinet, quo me ..tam nescio: Negem, hoc admissum fuis..crimen? Neges testes auditos esse in Se..tu? Non est nostri ingenij; vestræ clemen..s, est calamitoso adolescenti subvenire. *pro Cluentio 4.*

Apud vos, quemadmodum loquar, nec ..nsilium, nec oratio suppeditat; quos, nec ..o nomine quidem appellare debeam, scio..uce? qui á patria vestra desciuistis: An ..lites? qui imperium, auspiciumque ab..istis. Sacratis? religionem rupistis. Ho..s? corpora, ora, vestitùm, habitum ci..um agnosco: facta, dicta, consilia, ani..s hostium video. *Scipio apud Liu. l. 2. dec. 3.*

Illustrem habet Dubitationis ideam Virgi..s, Didonem ab Æneа derelictam, in deli..ratione suspensam, ac dubiam, sic inducens.

..n quid agã? rursusne procos irrisa priores Experiar *4. Æneid.*

..ætera omitto, quæ tu, si libuerit, consules ..m prudentioris fœminæ Dubitationem, ..ic attexo.

EXEMPLVM.

SVSANNA ANIMI DVBIA.

Hæc, non à declamatore ficta, sed ab ex..

cla-

clamante matrona, facta Dubitatio est. Pri
tamen, quàm exclamet, attonita hæret, st
penti similis; & quid cogitet, quidve l
quatur, nescit infelix. Excitata tandem i
minenti periculo; Quid agam? inquit; Q
me vertam? Ad quem confugiam? e Affe *e Subiectio,*
fero? in me admisero scelus. Negauer
æternum incurram cum morte dedecus. Pr
Superi! quas in angustias adducta sum! C
ius fidem implorabo? A quo auxilium pe
Resistam duobus, vna? impar sum. Con
giam ad preces? quis exaudiat? Clamē? m
rior. Taceam inquinor. Fugiam? non lic
Cedam? Ah! predo, quod mihi multò c
charius vitâ. Sed, quid moror, diutiùs m
sera? Quid dubius vltra fluctuat animus? I
vestra scelesta capita; satiùs est incider
quàm in Dei manus. Perire præstat, quà
peccare: Necem crimini præferro. His d
ctis, exclamat Susanna. Acclamat Sene
execrandi, accurrunt famuli, &c.

EXCLAMATIO.

EXCLAMATIO, *est orationis Elatio, qu* *motum animi vehementiorem efficit, reiqu* *magnitudinem exprimit, interiectione adhibita,* *nonnunquam vero suppressa; vt cùm dicitur: Su*peri! Miserum me! *Eius visus est, vel ad vitu* *perium, vel ad commiserationem, vt patebit exe* *plo sequenti, in quo coacervatas reperies insignior* *Exclamandi formulas, vsurpatas a Tullio.*

EXEMPLVM.

INNOCENTIA SVSANNÆ DAMNATA.

d Antitheses, d. PVDOREM accusat impudentia, vitam
virtuti Susanna posthabet; puram sceleris
mor-

ortem maunlt opetere, quàm vsura contaminatæ vitæ frui. O castitatem admirandam, atque omni laude, prædicatione, literis, monumentisque decorandam! O fœminam fortissimis fortiorem viris! O laudem præclarissimam! O facinus omni præconio superius, omniumque sæculorum veneratione dignissimum! O mulieris pudicitiam! O decus incredibile, & præter hanc vnam, in omni vita inauditum! *Pro Ligario 6.*

Non exhorruere, impuri Senes, minis, precibusque solicitare tantam virtutem, non reveriti sunt, nefandi, offerre stuprum matronæ integerrimæ: passique repulsam, in caput innocentis, crimen conferre. O scelus, ò flagitium, ò sordes! ò libidinem effrænatam, & indomitam! & ò portentum, in vltimas terras amandandum!

Adulterij, insimulatur Castitas, falso circumventa testimonio Virtus opprimitur, nec declinare valet calumniæ laqueos. O patrij mores! O leges diuinæ! O ius! O fas! O tempora! Huccine omnia reciderunt? O cæcitatem mortalium! O fallaces hominum cogitationes! O consilia præpostera! *e* Illáne Susanna, rea traducitur, cuius nuper eximia laus versabatur in ore omnium? cuius pudorem ad cœlum exquisitis encomijs efferebant! *f* Id futurum putasses. Heroina invictissima, cùm adspirantē virtuti tuæ, secundissimi rumoris auram videbas! cùm honoris fructum amplissimum referebas, magnis tuis debitum meritis? O fallacem hominum spē! O fortunam volucrem, ò inanes nostras cogitationes, *g* quæ in medio spatio sæpè franguntur, & corruunt, & ante in ipso cursu obruuntur, quàm portum aspicere potuerunt! Quàm citò illa omnia, ex lætitia, & voluptate, ad luctum, & lacrymas defluxerūt! *e Dubitatio.* *f Apostrophe.* *3. de Orat. 7.* *g Allegoria.* *pro Sylla 91.*

h Sed quid hic exclamando, tempus consumo? *i* Rapitur ad supplicium pressa catenis Castimoniæ Victima: ædibus, se omnes *h Correctio.* *i Hypotyposis.*

nes

nes effundunt, miserantur afflictæ vicem: sanna tortoribus stipata, erectis in cœl oculis, viam signat imbre lachrymarum. spectaculum, non modò hominibus, sed etis ipsis, & parietibus luctuosùm *l* Pr
l Apostrophe. Devs immortalis, cur in hominum sceler maximis, aut conniues, aut præsentis fr
m Correctio. dis pœnas in tam longum tempus referua: *m* Imo non referuat vltra: liberatur innox retexitur implicatum calumnia facinus ex
2. *Cãtilin.* crabile: meritas Senes impudici pœnas lu O, qui hæc legimus, ò nos beatos, si fue mus huius virtutis æmuli! ò conditionem n stram felicem! ó decus illustrissimum! fortunatam vitæ rationem!

EXPOLITIO,

seu Commoratio.

EXpolitio, *exornatio est, quâ, commutat verbis, eadem sententia, variè versatur, e essertur, quo gratior, clariorq; subijciatur oculi*

EXEMPLA.

VIRTVS VBIQVE PVLCHRA EST.

Per Expolitionem, ita eloquar.

Quid Virtute præclarius? quid speciosius quæ fucos exosa *n* perinde fulget squallore obsita, ac radijs redimita gloriæ, cui non
n Antitheses. minùs venustatis ineft, viliori vestitæ, panno, quâm dum coruscat splendore purpuræ, quæ tantùm Maiestatis habet in cœno iacens, quantùm solio insidens: quæ iuxta nitet plebeio iuncta, ac nupta Principi: nec blandiùs in adolescente lectissimò, quàm in decrepito, strigosoque sene renidet.

VXOR

VXOR DIVES QVÆRITVR.

Hac ætate, non tam fœminarum formam
ısulunt viri, quam crumenam: *o* & one-
:as malunt, quàm ornatas, parumque cu-
nt, quibus deformentur naturæ vitijs, mo-
ı sint instructæ magnis diuitijs. Adeò, vel
nuptijs ipsis, non tàm de nuptiali thala-
ɔ, quàm de thesauro laboratur: tædisque
galibus, arca potiùs quæritur, quàm co-
ux, plurisque sit aureæ dotis fulgor, quàm
:coris, & argenti splendor, quàm generis,
copioso censu sponsa dives, sit sensus li-
:texpers, iudicijqué vacua, quàm sapiēs,
bené morata, si fuerit dotata malè.

o Paronomasia.

XTINGVERETVR MEMORIA NOMI-
NIS NOSTRI, SI NVLLÆ ESSENT
LITERÆ.

O vita hominum fluxa, caduca, volucris,
ıgax, & in mortem præceps, *p* nisi fluxam
iteræ figerent, volucrem sisterent, fuga-
em retinerent, sustinerent præcipitem, ca-
ucam immortalitate donarent. Extingue-
:tur, heu! fama nostra, simul cum corpo-
:: eodem cum ossibus tumulo, præclarè
ıctorum recordatio conderetur; defflueret
ı cineres nomen: nominisque memoria op-
rimeretur ruina vitæ, & in obliuionis auras,
loria illa, quam tot sudoribus aucupamur,
nuissimi vaporis in modum euanesceret.
lon euanescit autem, sed solida totaque
ræstat, nec vllo dierum allisu, avt concur-
ı annorum, labefactari convellique potest:
ed potiùs, Eboris instar, quod assiduo con-
actu, nitorem contrahit, ætatum conse-
quentium perpetuo: velut affrictu, splen-
lidior existit, beneficio Literarum.

p Adiunctio, & similiter cadens.

DIVITVM LVXVS, A LVCTV PAVPERVM

Quanta hodie (declamabat non ita pridem
n Diuites, Cato quidam Tragicus) Quanta
llorum hominum natio est; qui seruire se
cre-

Antithesis crebra

crederent, nisi in alios dominarentur: n
se, vt homines haberi putarent, nisi co
rentur vt Dij; nec felicitatem sperarent
tis cumulatam se posse consequi, nisi qu
creasset aliorum miseria. Luxum facit L
cupletum, Luctus inopum; illorum ris
parricida, ab istorum lachrymis oritur;
vnius cupiditatem, multorum egestas te
perare nequit. Sericæ vestes illæ, quas i
duimus, sunt potiùs plebeiorum spolia, q
Bombycum, & illa nostra purpura, non ta
rùm murice, sed etiam miserorum cruor
tincta, polybapha dici magis debet, qu
dibapha. Monilia, non ornarent satis, g
mea licet atque aurea, nisi splendorem su
ab integrarum squallore familiarum acce
serent; nec armillæ decorarent brachia
trenatum nobilium, nisi catenis, manus
felices constringerentur. Torques istos, qu
gestamus, quàm multos torquere credit
Certè negare non possumus, quin plurimo
rum patrimonia, sæpè pendeant ab vn
collo; & nudentur innumeri, vt vnus p
tiosiùs vestiatur. Quid iam de mensis nost
dicam? quid de indignissima fame pauperu
inter epulas nostras nata? Ijs demùm cib
acquiescimus divites, quos inopum sud
condiuit, & palato tantùm arrident, qu
emuntur illorum sanguine.

GRADATIO.

GRADATIO *seu* Auxesis, *seu* Augmen-tum, *non tantùm Figura verborum est, s etiam sententiarum; in qua sequens oratio, semp addit aliquid, ad præcedentem.* Vt.

pro Quinc 95. Miserum est, exturbari fortunis e nibus; miserius est, iniuria: Acerbum est, ab ali quo circumveniri: acerbius est, à propin quo: Calamitosum est, bonis everri; cala-

mi-

ılius, cum dedecore: funestum est, &c.
acinus est, vinciri ciuem Romanum; sce-
, verberari; propè parricidium, necare, 7. Vert.
l dicam, in cruce tollere? 169.

EXEMPLVM.

SIMEON STYLITA.

Hac Gradationis Figura, quibusdam q Allegoria.
si gradibus, diuini huius hominis Colum
ı scandamus, & ab eius cacumine,
etur euadere oratio, in fastigium summæ
utis, & laudum verticem, quem ille su-
ıuit, attingere. r At, quis attingat? r Correctio, Interrogatio, Repetitio
s altitudinem tantam metiatur animo?
ı mens, quæ cogitatio, quæ facultas il-
adrepat, quo se Simeon extulit? Lustre
s salutem, si minùs eò euehere se potest,
:ndi vis. ſ lustremus, inquam, numeran- ſ Allegoria
virtutum gradus, per quos, sublimem
m sanctimoniæ Columnam ascendit. Prin-
io eius veluti fundamenta iacturus, in
eripso descendens, nihilum reputauit de-
ritque suum; Ex hac despicientia exar-
ıdium implacabile, & crucis amor, ac
ciatuum: t Ex hoc amaro capite, dam t Allegoria.
ınt riui perennes deliciarum cœlestium:
quò propriùs à fonte, liquidiorefque
ıret, erexit animum supra humana om-
: Neque id satis esse ratus, erexit. &
pus, præruptæ rupis celso in vertice, do-
ilio posito. Iacere tamen adhuc sibi vi-
, humique serpere, Columnam excita-
triginta sex altam cubitos, fixitque su- u Correctio.
illa sedem; u Quid dico, sedem? non
illa sedit, ne se deprimeret, sed semper
it; ne, vel sic, nimis hæsisse terræ,
di posset, eiusque quàm minimam posset,
tem, contingeret: vno tantùm in pede;
ıum inuictus perstitit. Inuictum, iure
dixit;

dixit: vt enim hunc viciſſe ſcias; etia[m]
mortem, in eodem hæſit veſtigio; ex an[imo]
in ſtatione manens, ſtetit in gradu,
Chriſti, veré ſtatarius.

HYPOTYPOSIS

HYPOTYPOSIS, *Figura eſt, qua re[m ali]piam, ſic verbis exprimitur, vt non tam [au]diri, vel legi; quàm geri, & oculis vſurpa[ri vi]deatur.* *Differt autem* Hypotypoſis *ab* E[tho]poeia, *quòd hac tota ſit in exprimendis animi [moti]bus, illa verò corpus delineet potiùs, quàm [men]tem.* Vt.

7. In Verr. 105. Hæc poſteaquàm acta ſunt, procedit inflammatus ſcelere, furore crudelitat[e] forum venit. Navarcos vocari iubet: q[ui ni]hil metuerent, ſuſpicarentur nihil, ſtatim currunt. Iſte hominibus miſeris innoce[nti]buſque, inijci catenas imperat: implor[ant] illi fidem populi Romani, & quare i[d fa]ceret, rogare; &c.

Ibid. 2. Hæc cùm maximè loqueretur, ſex li[cto]res circunſiſtunt valentiſſimi, & ad p[ulsan]dos verberandoſque homines exercitati[ſſimi], cædunt acerrimè virgis. Eorum vnus, [con]uerſo bacillo, oculos miſero tundere [vehe]mentiſſimè cœpit. Itaq; illi cùm ſangui[s os] oculoſque compleſſet, concidit.

2. Philipp. 104. Perſonabant omnia vocibus ebriorum; [na]tabant pauimenta vino; madebant parie[tes]; ingenui pueri cum meritorijs, ſcorta, i[nter] matres familias verſabantur.

4. Catilin. 11. Videor mihi hanc vrbem videre, ar[cem] omnium gentium, ſubito incendio conci[den]tem: Cerno animo ſepultam patriam, m[ise]ros atque inſepultos aceruos ciuium: Ve[rsa]tur mihi ante oculos, aſpectus Cethegi, furor in cæde bacchantis.

EXE[MPLA]

EXEMPLVM.

PARRICIDA.

furijs actus adolescens, pugionem arri- , sub veste abdit, egreditur domo, gran- um parentem, paulò autea in villam di- ssum, insequitvr furore amens *a* inflam- is odio: perque ocultos, & compendia- calles præuertens, facilé assequitur. Vt et filium Senex, stricto gladio irruentem, et attonitus: & mulus, cui insidebat, et pariter, quasi consternatus. At ille lus anhelans, descende, inquit, delire. ex, descende capularis: quin desilis sta- , devota diris victima? Hic, pater, qua- flatus fulmine, stupet immotus, & exan- is, & loqui volentem, vox deficit. Deni- tergiversantem filius exturbat iumento, ortoque colloraptat in fossam proximam. erea, patri misero, quam stupor ademe- , restituit vocem timor: &, Quis, inquit, , te furor in parentem incitat? Hoccine d te commeritus sum, quòd vitam dedi? ntibis, respondit ille, non dedisti vitam, tium mihi contrà creasti, sempiternum: ministi, tuis me præstigijs abductum á nobio, semel atque iterum? pestiferis nditijs tuis, & incantamentis, abstra- m à religiosa vita: reuocatum ad ndi sordes? per te perij miser: tu per me ssim æquum est vt pereas, impie. Hæc cens, guttur ferro transfigit, laceratque ndi plaga, ac demùm conscenso equo, fu- parricida Filius.

a Metaphora.

IMPRECATIO.

MPRECATIO *est*, *Exercitatio quadam quâ mali alicui imprecamur.*

Quin tu abis in malam rem, malumqu
cruciatum?

pro Deiot. 21. Dij perdant, fugitiue: ita non modó
quam, & improbus, sed fatuus, & amens e

Devs te infeliciter, aut vt melius prec
te restituat sanitati, malè sane Blatero: i
de re omnium præclarissima, stultè sentis.

Hæc de hac figura sufficiant, neque enim ill
nisi perrarus est vsus.

INTERPRETATIO

INTERPRETATIO, *Figura est, quâ dictu*
aut factum alicuius, iuxta sententiam, & m
tem nostram interpretamur, Interpretemur mili
minondæ Thebanorū Ducis, verba vltima, hoc exi

EXEMPLVM.

FACTA NOSTRA, FILI NOSTRI SVN

Audite quibus verbis, Epimanondas, l
thifero transfixus telo, moriens, orbitat
b *Sermocinatio.* soletur suam. *b* Orbus, inquit, morior,
Thebani, qui lectum circumstatis meum
non tamen sine liberis: vobis enim relinq
filiam. At illi, quam tu nobis, inquit, q
filiam relinquis, Imperator inclyte? Pug
Leuctricam, respondet ille, qua patria
gi hostem: hæc mea Filia est, quæ parent
non finet totum interire.

O Immortalitate dignus parens, & dig
proles! o digna immortalitate sententia. c
c *Interpretatio.* namque sunt Filij veré nostri, Facta palm
ria, quæ gerimus: *d* hæc germana sobole
d *Allegoria.* castissimaque procreatio, non gremio co
cepta, sed animo: non humi, sed honoris
cepta sinu: quæ in cunis iam adulta, n
eget fortunæ mammis, vt alatur, nec a
tem poscit, vt crescat, nec robur virium
quirit,

itit, vt adoleſcat. In flore quippe iam ma-
a eſt, nec balbutis infans, vel in ipſa ſua
antia, quia vix dum nata, parentis lau-
s ſui loquitur, ipſiuſque repræſentat, non
ciem externam, ſed indolem, animumq;
ddit ipſum, meritaque prædicat, ereptamq;
orti memoriam, futuris ætatibus præbet
uendam, colendamque proponit poſteris.
generare hi non poſſunt á virtute pater.
, Filij; ſed ſicut, quot aiebat ille, non,

Imbellum feroces,

Progenerant Aquilæ Columbam. *Horat.*

magnæ res, non niſi á magnanimis ge-
ntur: *e* Cùm contra in procreatione libero-
m, haud rarò fiat, vt parentes fama eximij, *e Antitheta.*
tos plerunque turpes, & magni pumilos,
caſti fœdos, probiq; ſuſcipiunt improbos.

INTERROGATIO.

NTERROGATIO, *figura eſt, qua aſſumitur, non quærendi, ſed inſtandi, & urgendi cauſa, varies animi motùs ciendos, opportuna, & vſiſsima; cum nulla figura ſit, qua per Interroga- nem non poſſit exprimi. Selectiora hæc, apud llium Exempla ſunt.* *pro Ligario 19.*

f Quid enim, Tubero, tuus ille diſtrictus *f Explicatio ſeu Commoratio*
acie Pharſalica gladius agebat? Cujus la-
s, ille mucro petebat? qui ſenſus erat tuo-
m armorum? quæ tua mens, oculi, manus,
dor animi? Quid cupiebas? Quid optabas?
g Quid ego illorum dierum epulas, quid *g Repetitio.*
im tuis ſordidiſſimis gregibus, intempe-
ntiſſimas, perpotationes prædicem? Quis
illis diebus ſobrium, quis agentē aliquid, *In Piſon.*
uod eſſet libero dignum, quis denique in
ablico vidit? &c.
Stipulatus es? vbi? quo die? quo tempore? *pro Comœdo 12*
e preſēte? Quis ſpopōdiſſe me dicit? Nemo
Piratam vinum tenuiſti; quem ad finem?
uamobrem? quam ob cauſam? quo exem-

 plo?

plo? cur tandiù? etiamne priuatus? etiam reus? etiamne penè damnatus?

Ex quibus intelligis, huiusmodi muniis, crebrisque interrogatiunculis, vrgeri vehementius aduersarium, & quasi densâ telorum grandine obrui.

EXEMPLVM.

IN CAINVM, FRATRIS INTERFECTVM.

Quò, quò te agis, scelerate? Ex quo loco te proripis? *h* Cur solus? Cur sine fratre? Cur non reducis, quem abduxeras? vbi ille est? quo eum loco reliquisti? Sceleste, non respondes? nihil dicis, non loqueris? Vnde triste hoc, inusitatumq; silentium? Vnde hic oris pallor, & efferata frons, & capitis iactatio, totiusque agitatio corporis? Dic, inquam, barbare, quod concepisti nefas? quod in te ammisisti facinus? quo te impiasti flagitio? quid sibi vult, in tuas vestes, hic respersus cruor? quid hæc manuum trepidatio? quid clamor ille tacitus, quem exaudio? Clamat enim haustus terra sanguis, quem effudisti; An non tui, sanguis est fratris, quem per inauditum scelus, modó trucidasti?

h *Repetitio*

IRONIA.

IRONIA *est, cùm aliud planè dicimus quàm verba significare videntur. Ita Tullius, de Verre, homine crudelissimo, cùm virum honestissimum, innocentissimumq; tempestate perfrigida, in medio foro, nudum, religari iussisset, virgis cædendum, vt omnes quidem, qui aderant huic spectaculo, existimabant.*

6. *In var* 52. Fefellit, inquit, hæc homines opinio; virgis iste cæderet sine causa, socium populi Romani, atq; amicum? Non vsq; eó est improbus, non omnia in eo vno sunt vitia: numquam fuit crudelis, leniter hominem, clementerq; accepit, &c.

Sed ſtulti ſumus, qui Africanum, Pompe-
m, noſmetipſos, cum Publio Clodio con-
rre audeamus. Tolerabilia fuerunt illa: P.
lodij mortem, æquo animo nemo ferre po-
ſt, Luget Senatus, mœret equeſter ordo,
ota ciuitas confecta ſenio eſt, ſquallent mu-
icipia, affli&tantur coloniæ: agri denique
ſi, tam beneficum, tam ſingularem, tam
anſuetum civem deſiderant. *Hac hominis*
ſceleratiſsimi morte, idem Tullius;

EXEMPLVM.

LVTERI LAVS IRONICA.

Adeſdum, mortalium Humaniſſime, Lu-
tere ſancte; Ades, inquam, Suaviſſime bi-
edum, reipublícæ Chriſtianæ illuſtre De-
us, magnum virtutis Specimen, abſolutum
moderationis Exemplar. Partem hic aliquã
horum meritorum recenſere mihi animus
eſt; tametſi, ne animo quidem aſſequi va-
leam, quod eloquar. Quid erubeſcis, vere-
cundia virginali, vir ampliſſime? Quid ab-
iis? vel inuito, at non immerenti laudes
impertiar. *l* Os habuiſti ſucci plenum: ac
ſanguinis; præpingues, lucenteſq; genas,na-
tiuo illuminatas minio: *m* Quid ſplendidius
ad decorem? Tibi grandes erant auriculę,& ſcintillantes oculi, naſuſque non vulgaris;
nullaque pudoris nubecula, infuſcata frons,
labra, vini ſpirantia odorem, & referentia
colorem, madida temperato; roſcida: Quid
ad dignitatem præſtantius? Et pectus tibi
fuit peramplum, & mammoſum, craſſi la-
certi, excelſæ ſcapulæ, colum adipale, ven-
ter obeſus, prominenſque in modum dolioli,
membra ſingula mirè carnoſa, & ad iuſtum
adæquata modum: Quid ad maieſtatem au-
guſtius? *n* Sed hæc leuia ſunt: ſi cum exi-
miis comparentur animi dotibus, quibus ad
maximam laudem ſic effloruiſti, vt admira-

l Partiũ corporis enumeratio.

m Repetitio.

n Tranſitio, & Gradatio

bili quadam fatorum benignitate, saluti pu-
blicæ virtutum dignitati, religionis pro-
o Laudū enumeratio, per Interrogationē, Repetitionum, & Antithete. gationi, natus esse videris. o Quis enim
religiosior fuit vnquam, aut esse potuit, vi-
tum maximé, cum deserto cœnobio, detra-
ctoq; per summam pietatem cucullo, hom-
nes innumerabiles, ab seuera vitæ ratione
ad hilaritatem, ad compotationes, ad epu-
las, ad rerum omnium licentiam, traduce-
bas oratione, & exemplo? Quis tempera-
tior, vel cum in propinis assiduus, exha-
riebas immania pocula, ebriusq; vociferab-
ris é suggestu, eructans spurcis sermonibus
pietatem, & continentiam. Quis comior
commodiorque, tum etiam, cū sanctissimo
hom nes, proscindebas maledictis? Quis mo-
destior, vel dum verbis magnificis, ne dic
arrogantibus anteponebas? Quis castior, vel
dum volutabaris in cœno turpissimarum vo-
luptatum, nefarijsque libidinibus dares ope-
p Correctio. ram? Nuptias iunxisti quidem Sacerdos, it-
tum est, p aut cum sacrata virgine. Caupo-
nas, & lupanaria frequentasti; ita est, sed
quæ nimirum conuerteres in academias pu-
doris, & gymnasia castitatis. Summa tibi
cum Dæmone intercessit familiaritas; videli-
cet, vt pace cum illo facta, facilius ampli-
q Exclamatio ironica ficares Christi cultum. q O virum sanctum,
o pium, ac pudicum hominem! o religiosi-
r Obiurgatio seu Increpatio. simum Sacerdotem! r Nefarie, deterrime
omnium mortalium, debacchator conscele-
ratissime; tu ne audes, his flagitijs, his li-
bidinibus, hac turpitudine, & audacia, te
Catholicæ religionis dicere vindicem? &c.

Præterire non possum Ironiam illam mirabilem, ac diuinam, quam habet Tullius in Pisonem, quaq, haud scio, an afferri quidquam possit, vel ad leporem elegantius, vel ad maiestatem præstantius. Negauerat Piso, quò ignauiam suam, pudoremque tegeret, quod cæterorum more imperatorum, non obtinuisset honorem Triumphi; negauerat, inquam, se Triumphi cupidum vnquam fuisse, contemnere se a nu. 58 ad 63. *honorem illum, dixerat, quam eius vocem reprahendens Cicero, pro dignitate illum iactam, exagitataq;*

taq; prolixa, illuſtrique Ironia, quam vt imitare ſcias facilius, exprimere hic illam, examuſsim natus ſum, & quàm accuratiſsimè potui.

IRONIÆ.

IN RELIGIOSÆ VITÆ VITVPERATORES.

Audiamus callidos iſtos é cavpona Philoſophos, non tam verbis, quàm ructibus Religioſæ vitæ rationem explodentes. Aiunt le hoc eſſe vitæ genus, & abiectum, naturæque repugnans; quod hominem natura berum, & ſui iuris, arbitrio mancipet alieo, perpetuóq; velut adictum carceri, non mni ſolum voluptate privet, ac vitæ comodius; ſed etiam inerti labore conficiat, vigilijs ieiunijſque flagrat, irrogatis, atque tiam ſuſceptis ſponte pœnis crudeliſsimè orquet, peneque adigat ad violentiam ſibi mortem inferendam.

O gravem, argutamq; Philoſophiā? Quam oleo, præclari Doctores, quòd tam ſubtiem maturiùs non exprompſeritis ſapiētiam, riuſquàm innumerabiles vti fœm næq; omium conditionum, & ætatum, contemptiſmam iſtam viuendi conditionem amplectentur? Neq; enim integrum eſt, magis Ecleſiæ Doctoribus, Baſilio, Gregorio, Hieonymo, Chryſoſtomo, & Auguſtino, con ilijs iam vti veſtris. Errarunt illi, non guſtaent hanc veſtram Philoſophiam: hanc enim, mprudentes, & inconſultiſſimi homines anterioris ignobiliſq; vitæ rationem tenuerūt. Bruno, Pariſienſis Academiæ lumen, pudet ne tui; quid eſt quod relicto celeberrimæ vrbis ſplendore, confectiſq; ſtudijs, præruptarum, iuuiarumq; rupium horrendas ſolitudines petiſti? Antoni, Benedicte, Dominice, cur non hos audiſtis tàm doctos homines, tàm eruditos, tam præſtantes, priuſquam in iuſtum errorem induceremini. O

Grego-ries Exē-plorum.

ſtulti Epiphanij, Damaſceni, Hilariones, Cæ-leſtini, & Eucherij! O amantem Franciſci & Ignatium! O nullius conſilijs Albertum Thomam, Bonauenturam, Ludouicum; q aſpernati voluptatum illecebras, & per ciofas rerum fluxarum blandimenta, ad re gioſa clauſtra cōuolarunt; exemplaturi Chr ſti crucem. Sed quoniam præterita mutar non poſſumus, quid ceſſant inanes homuli hæc præclara præcepta dare ſapientię, adole ſcentibus innumeris, qui de hoc inevndo ſe verioris vitæ genere, dies noctesq; cogitā Feruntur enim, mihi credite, omni conte tione mentis, ad cœnobia; ardent cupiditat incredibili Chriſtianæ ſeruitutis ſubeundi i gum: non didicerunt videlicet, eadem qu vos. Ergo agite, illos audite, meditamini, quibus verbis incenſam illorum cupiditatem comprimatis, atque reſtingatis. Valebitis, apud leuiſſimos adoleſcentulos, viri mode-rati, & conſtantes; apud ignaros, experti, ac periti: Dicetis enim, vt eſtis homines ad perſuadendum perfecti: Quid eſt, Adole-ſcentes lectiſſimi, quòd vos, horrida hæc feraliſque Religio tantoperè delectet? quòd tanto animi ardore, ad ea feramini, in qui-bus homines errore ducuntur? quę ſuperi ne-gligunt? quæ Devs, nec requirit, nec cu-rat? neq; enim vitam hominibus largitas eſt, vt accerſeremus incommoda, lethiferaque nobis mala pareremus. Quid verò habet tan-dem, iſte Religioſæ vitæ ſtatus? Quid ſibi volunt vota illa ſolemnia? quid hiſpidus, & obſoletus habitus? quod ſolitudo, ac ſilen-tium? quid mendicatio? quid caſtigatio cor-poris, frequenſque ieiunium? Inania ſunt hæc, mihi credite, delitia ſomniantium, ac terriculamenta puerorum, verberibus in ſua corpora ſæuire, ambire laborem, laboras au-cupari, honores ſpernere; abiectione glo-riari: quibus ex rebus, nihil eſt, quod ad oblectationem animi, ſolidamque felicitatem referre poſſitis. Quin nos aſpicitis? quin exemplum noſtrum ſequimini? quin ſecta

mini

ni fugientis vitæ liquidissimas voluptates, indulgetis genio animoque obsequimini, itijsque delicata membra fovetis? Hac s oratione, non dubito, quin illos, iam dem in cœnobia inferentes, possitis revore, & ad paternas domos abducere. O iebræ! o cœnum! o sordes! o temeritatē, :redibilemque dementiam! Lotharius Imtator, abdicatis supremæ dignitatis insiibus, ad humilem hanc, contemptamque, vocatis, vitæ conditionem se abiecit, caans ab honoris proculcatione gloriam, & obscuritate loci, verum splendorem nonis: Carolo Magnus, Carolo Martello ogenitus; Austrasiæ, & Sueviæ Rex, rem gestarum gloria clarus, pédum pastoriım sceptro, vilemque cucullum coronæ ıreæ præposuit: Eandem non dubitauit intere viam Pipinus Italiæ Rex, Caroli Mai filius natu maximus: Eandem capessive: Veremundus Castellæ, Ramirus Aragoæ, Sigibertus, Chenredus, Inas, Eltereus Angliæ Reges: eandem Augustissimæ eginæ, Theodora, Cunegundes, Agnes, lizabetha, Radegundes, Batilda, aliæque rincipes, ac Heroinæ, inierunt: vos ocuissimi rerum æstimatores, sapientiores uàm Lotharij, prudentiores quàm Pipini, enerosiores quàm Carolomanni, abundantres consilio, eruditione, ingenio, & pruntia, quàm Avgustini, quàm Gregorij, uàm Basilij, quàm alij omnes, qui impleint orbem terrarum, virtutem meritis, & octrinæ gloria, ea contemnitis, quæ illi iotæ (sic enim eos appellabitis) præclara uxerunt.

LICENTIA.

LICENTIA, *figura est, quà utitur orator cùm ea qua grauia dictu sunt, aut periculo- s, magna libertate dicturum se profititur.* Vt. Attende iam Torquate, quàm ego non de-

 fa-

Pro Syl-la 33. fugiam auctoritatem consulatus mei; ma
ma voce, vt omnes exavdire posſint, dic
ſemperque dicam; Adeſtote omnes ani
qui adeſtis corporibus; erigite mentes
reſque veſtras, & me de inuidioſis rebus
ille putat, dicentē attendite. Ego Conſul, &

Vos Patres Conſcripti, (grave dictu e
30. Philip. 8. ſed dicendum tamen) vos inquam, Sul
tium vita privaſtis, &c.

Poſtremò, (erumpat enim aliquando, ve
Ibid. 19 & me digna vox) ſi ad eorum voluntate
dicta factaque noſtra referuntur, opta
mors eſt, &c.

EXEMPLVM.

AD REGINAM LVSITANIE S. ELIZABETHAM.

a Congerie, Synonymorū. *a* Coronam depoſuiſti, Regina illuſtriſ
ſima, abieciſti ſceptrum, exuiſti purpura
regnum abdicaſti, exavctoraſti ſacrament
ſubditos, è ſupremo gloriæ throno deſcen
diſti, admirationem moviſti populis omni
bus, expectatione ſuſpenſis, quòd demùm
evaſura ſit virtus, tam inuſitata, tam divina
tam incredibilis. Etſi enim ſit illud quod fe
ciſti, longè maximum, vt illud vix cuiuſqu
mens, & cogitatio capere poſſit; longè ta
men maiora à te expectantur. Atq; vt dica
libere, quod ſentio, imò, quod ſentit Chri
ſtianus orbis vniverſus. Tibi iam non eſt in
tegrum, quidquam moliri cæteris commun
Heroinis, ac Regibus. Avdaciùs fortè lo
quor, quàm deceat; & vereor, ſi pergam
vt tranſilire videar modeſtiæ fines, & teme
ritatis ſubeam notam: Dicam tamen, vt cœ
pi, aperteque proferam meas cogitationes
Subſtineri, ac tueri non potes, ô Regina
maxima, quam concitaſti expectationem ſu
mæ virtutis, niſi facinus hoc tuum, poſt ho
minum memoriam, clariſsimum, præclari
ribus deinceps illuſtres facti, & novis, mira
culum

ulum commedes, miraculis. Hanc tibi ipsa legem, ac necessitatem imposuisti, vt tecum certes, te ipsam vincas, tibi dominere, coronamque imponas tuo nomini, quam nec vis vlla, nec fatum, atque adeo, ne te ipsa quidem, vt maximè velis, eripere tibi possis.

PRÆTERITIO.

PRÆTERITIO. *Figura est, quæ fit, cum profitemur nos præterire, aut nescire, aut nolle dicere, quod tum maximè dicimus. Sunt enim quædam minus honesta; aut nimis communia, aut leuiora, quæ non nisi obiter, perstringenda sunt.*

Sed iamstupra, & flagitia omittam: sunt quædam, quæ honeste non possum dicere; tu autem eò liberior, quòd ea in te ammisisti, quæ à verecundo inimico avdire nō potes. *2 Philipp. 47.*

Nefarias eius libidines commemorare deterror; simul illorum calamitatem commemorando avgere nolo, quibus liberos coniugesque suas, integras ab istius petulantia conseruare, non licitum fuit. *In Verr. 41.*

Nihil ille à me, de pueritiæ suæ flagitijs audiet, nihil ex illa impura adolescentia sua: omnia præteribo, quæ mihi dictu turpia videbuntur; neque solúm, quid istum audire, sed etiā quid me deceat dicere considerabo. *3 in Verr 32.*

Sileatur de nocturnis eius baccationibus; lenonum, & aleatorum nulla mentio fiat: damna, & dedecora prætereantur. *Ibidem.*

Nihil de illius luxuria loquor, nihil de insolentia, nihil de singulari nequitia, ac turpitudine; tantùm de quæstu, & lucro dicam. *5. in Verr 106.*

Mitto iniuriam illam, mitto nefarias nuptias, mitto expulsam matrimonio filiam; nihil de ejus cupiditate quæror. *Pro Cluētio 188.*

Omnia vetera prætermittam; vnum illud illustre, motumque omnibus subijciam. *7. in Verr 34.*

Possem multa dicere de liberalitate, ejus abstinentia, de cæteris virtutibus: sed mihi ante oculos obseruatur Reipublicę dignitas, quæ me ad sese rapit, hæc minora relinquere horratur. *Pro Sextio 7.*

Est aliud præteritionis genus aculeatum, & ironicum, quoties insectandus nobis est aliquis: hoc ferè modo.

EXEMPLVM.

IN SCELERATVM HOMINEM.

Non sum tibi inimicus, vt tua omnia hic facinora criminaq; detegam, exponamq; sigillatiùs, quibus vitam flagitijs inquinaris; quàm sæpe probrum castis, labem integris, infamiam bonis, intuleris; quàm fueris in propinquos sceleratus, in amicos perfidus, in patriam impius. Hæc omnia præteribo, tui parentis gratia, cujus fui olim studiosus, nec vllo modo à me quisquam avdiet, te, domum tui expilasse patrui, interfecisse patruelem, substulisse veneno aviam, matrem non semel verberasse: hæc, inquam non dicam, inuolvam potiùs æterno silentio.

ALIVD.

EIVSDEM ARGVMENTI.

Pudore deterreor, Auditores; nec ganeonis huius impudici sordibus, inficere orationem meam, & vestras avres audeo. Vereor, vt videar parùm honestè loqui, si quæ inhonestè fecit, subijciam, tacebo ergo illa omnia. Neq. etiam memorabo, qua impudentia, nuper in alienas ædes irruens, suis stipatus asseclis, exturbarit domo sua dominū, paratas epulas abligurierit, lances pocula, cæteraq. vasa proiecerit in vicum per fenestram, mensas everterit, pavimenta vino resperxerit, facibusque lecto subiectis, temulentus prodierit foras: Hæc, inquam prætermittam, ne vestros animos offendam, & pudori vim inferam.

O C-

OCCVPATIO.

OCCVPATIO *Figura est, per quam ea qua ab Aduersarijs, aut ab ipsis Auditoribus, ;i possunt, prauertimus, vltroque rationem fa- dictiue reddimus. Hanc autem Exornationem, ferè formulis concinnamus.*

Quæret quispiam: cur respondit non in- ogatus? Quid igitur? debuitne suo silen- fateri confictum crimen?

At enim: quæ causa fuit, quód id tempo- , domi remaneret? Remansit, quia com- i sibi illo die, insidias noverat.

At, etiam sunt qui dicant, cedendam esse ipori: præferendam quandoq. esse ho- i vitam. Quis amens hoc dixit vnquam? is adeo rationis expers, hoc asserere leat?

Verùm, intelligo, quid opponi possit: se- iùs non esse agendum cum adolescenti- , ætati indulgendum. Itane verò, si ad- lis libidini habenis, feratur in omne ne- adolescentia: indulgendum est?

ideo, quid dicturus sis; coactus, inquies, crimen patraui. Quis coegit? Quis af- e vim potuit voluntati tuæ?

tque, etiam iactare audebis, liberali- m in illo esse summam. O Devs Im- talis! Hoccine est liberalem esse, colle- ı per multos annos patrimonium, vno in lustris, ac propinis profundere.

ed audiamus Tullium, hac Exornatione depel- m, quod ab Iudicibus obijci poterat, ipso sta- rrationis exordio, (nam in Exordijs maximè, modi Figura locum habet, ac præsertim in cau- udicialibus, ad euellendas ex animis Iudicum cttones, quæ reo noce e possent.) vt sic semoto , liberiùs in causam inuehatur.

Credo ego vos Iudices, mirari, quid sit, d cùm tot summi oratores, hominesque lissimi sedeant: ego potissimùm surrexe- , is qui neque ætate, neq. ingenio, neq. aucto-

Pro Sex: Rosc. Amerino.1 auctoritate sim cum ijs, qui sedeant, c paran dus. *Deinde causas affert cur ad dic en accesserit, reliquo Exordio.*

Eodem ferè modo suam Diuinationem in Ver auspicatur dum instituti sui causam redditurus prater morem, & contra quam, viri grauis ctum postulare videbatur se ad accusandum co lerit sic agit.

1. in Perr. Si quis vestrum, avt eorum qui adsu fortè miratur, me qui tot annos, in cau iudicijsq. publicis ita sim versatus, vt def derim multos, læserim hominem, subitò mutata voluntate, ad accusandum descen rim, is si mei consilij causam, rationem cognoverit, vná, & id quod facio proba & in hac causa profectò neminem præpo dum esse mihi actorem putabit. *Tum ra subijcit, qua illum ad id impulere.*

Idem, Cœlium defendens, sic amolitur q

Pro Cæ. io 39. *sibi obijcit.*

Dicet aliquis, hæc igitur est tua discip na? sic tu instituis adolescentes? ob causam, tibi hunc puerum pares comme uit, & tradidit, vt in amore, & volup bus adolescentiam suam collocaret, & h tu vitam, & studia defenderes? *Tum d respondet sibi, multa de voluptate disputans.*

Sed longè præclariùs, in Verrem agens, infirmatque ea. qua respondere poterat Horte Verris Patronus.

7. in Verr 2. Quid agam? *inquit*; quò accusationis rationem conferam? quo me vertam? ad nes enim meos impetus, quasi murus q boni nomen Imperatoris, opponitur. locum, video vbi se iactaturus sit Hort sius: belli pericula, tempora Reipub. Im ratorum penuriam commemorabit: tum precabitur à vobis, ne Patiamini, talem peratorem, populo Romano, Siculorum stimonijs eripi, neve obteri laudem Im toriam, criminibus auaritiæ velitis.

His addamus vnum adhuc Exemplum.

EXEM

EXEMPLVM.

DE MALE MORATIS ADOLESCENTIBVS.

Post enumerata mala, quæ in Scholis committi lent à malis Auditoribus; vt probarem, nullam rum præceptores, in ijs docendis, præcipere volu- atem; sic occupo, quæ contra afferi possunt.

Expolitio seu Congeries Sĕtentiarū.

At dices: non omnes eo more viuunt Adolescentes: nō omnes libidini parent, genioq- beraliori se mancipiant: nec volutantur mnes; in turpissimo cœno vitiorum: Sunt iam, qui laude florent: Emergunt aliqui é to voluptatum, in quod lubricante gressu eciderant: & videre licet non pavcos hac dole virtutis, & continentiæ, qui per æta- s abrupta, & declivia, sustineant sese, sta- mque feruent, nec officij loco moveantur. ıné ita est: sunt hac temperantia, & mode- ıtione naturæ, non multi quidem, sed ta- en aliqui. At demus esse plurimos: An opterea obire suum potest munus cum vo- ptate pius Doctor, si vel vnum alterumve suis sciat esse Discipulis improbum, sce- ribus obstrictum, capitalem Numinis ho- m: Cæli terræque odium, futurum, nisi sipiscat, vltricium flammarum immortale bulum? Quid? mœrorem acerbissimum simulare nequijt Divinus Magister, cum duodenis, quos habebat, malum vnum es- Discipulum comperit: Et nos tot inter ne- ios, sacrilegosq. animi lætitiam præfere- us? Contabescit dolore Pastor, qui vnam centenis ovem aberasse cognoscit â causa: aliquam, nos gaudij partem capiemus, m multis de grege nostro deerrantibus ab nesti via, tam multis â tartareo Lupo fœ- laceratis? &c.

PRO-

PROSOPOPOEIA.

PROSOPOPOEIA, *Est persona Effictio qu[illegible] rebus mortuis, ac sensus expertibus, serm[illegible]nem accomodamus, at cum absentes tanquam pr[illegible]sentes, vitâ functos tanquam spirantes, ac loque[illegible]tes inducimus. His autem formulis, figurari for[illegible]mè solet hac Exornatio.*

Existat ex ipsa familia aliquis, ac potissi[illegible]mum cæcus ille, qui profectò si extiterit, [illegible] aget, & sic loquetur. Mulier, quid tibi cum hoc adolescente, &c. *Pro Cælio.23.*

Existat ergó ille vir, parumper cogitatio[illegible]ne vestra, quoniam re non potest, vt con[illegible]ciatis cum mentibus, quem oculis non [illegible]testis. Annon ita loquetur? *Pro Balbo, 44.*

Qui populus, si tecum congrediatur, [illegible] vna voce si loqui possit, hæc dicat. Ego [illegible] illum non anteposui, &c. *Pro Plãcios.*

Etenim si mecum patria, si cuncta Italia, si omnis respublica loquatur; Marce Tulli, quid agis? Tunè eum exire patieris, &c. *1. in Catil. 27.*

Patria tua, tecum Catilina sic agit, & quo[illegible]dammodo tacita loquitur. Nullum iam [illegible] annos, facinus nisi per te, &c. *Ibid.18.*

Quòd si nunc ille Brutus reuiuiscat, & hic ante pedes vestros adsit, non hac vteretur oratione? Ego reges eieci; vos tyrannos in[illegible]troducitis. Ego, &c. *Tull. in Anton.*

EXEMPLA.

Prosopopœia LINGVÆ EXCISÆ.

Lingua hac, illius est Adolescentis Christiani, qui tyranni iussu, in horto amœnissimo, super herbam floribus pictam reclinatus, constrictusq; introducta meretricis in os impudens, præcisam mordicus lingua, format tamen in verba voces, sicque vn[illegible] Adolescentes, alloquitur.

Adeste,

adeste, mollitie languidi, fracti confecti-
e voluptatibus, huc adeste, huc Effęmi-
i, avres animosq. aduertite. Illud ipsum
intuemini, quo expulsa sum; dentes qui-
s exsecta: spiritum illum, quo vibrata,
inam illam vim, qua eiecta immissaque
, in os luxuriosæ mulierculæ. Eius, vt
pura, purissimum os meum, respueret
cula, suam me linguam expuit cruentarī
orsu malens, quàm suavio polui; pulchro-
e vulnere fœdari, quám complexu, & san-
ine rubere, quàm admissi, pudore flagitij;
elingue, mutumque reddi, quàm obscœ-
m. At, nequaquam id futurum est vnquā,
um ò crudele iuxta, piumque os: Elingue
idem deinceps eris, at non mutum; ta-
tsi enim loqui sine me nequeas, eloquar
o tamen sine te, tu asque prædicabo fine
ce laudes, & celebrabo pudicitiam. Vtque
vox, spiritusq. deficiant, & præstare ti-
non valeam officium Linguæ. Calamus
n, agitaboq. me, in hoc florulento gra-
ne, & cruore á meo vulnere, in terram
lante, purpureos pingam characteres,
lla oblivione delendos, scribamque inav-
um facinus, nunquam nisi cum admira-
ne legendum.

PROSOPOPOEIA.
Anni proximè Elapsi.

Revocemus lapsum retrò tempus, si possu-
is; & tanquam è communi rerum cadu
um sepulchro, excitemus Annum ab in-
is, quem proximè vidimus lamentabiliter
pirasse. Lamentaretur enim, hisque ver-
s nos obiurgaret, si loqui posset.
Amentes inconsulti, stupidiores pecudibus
mines, Quæ malùm, vos intemperiæ trās-
rsos agunt? Siccine, momenta temporis
o nihil pretiosus est, effluere finitis? Sic
ras, sic dies, & menses, ipsosque etiam
annos

annos, ignavé stolideq. collocatis? O stultitiam incredibilem. ANNVS ego, qui nuper abij, quem nuper obijstis tam negligenter, concessus vobis singulari Dei beneficio fueram, vt ope mea, exiguis mortalis hujus vitæ laboribus, immortalem gloriæ fructum referretis; Et tamen consumpsistis me, pro pudor! quibus in rebus? dicamne vix audeo, dicendum tamen, quando mihi etsi mortuo loquendi facultas tribuitur: in nugis heu! in otio, in pverilibus ineptijs, me consumpsistis, per summam incogitantiam, & inertiam. Leviora hæc sunt, me insuper turpissimarum luto libidinum conspurcastis, atque in omni flagitiorum dedecore voluptatum, raptatum per scelera, miserabiliter contriuistis. Egimus annum inquitis, faustum prosperumque vobis ipsi, meam iacturam, vestramque perniciem, quæ vecordia vestra, avt impudentia est gratulamini. Egistis sané me, scelesti, at quoniam tandem? dicite quæ ad loca, quæ ad flagitia me adegistis, & ægistis in ganeas, ad lustra, ad effusas libidines, in omne nefas. Heccine veró illa est, malé sana capita, gratulationis materies, ut quem vivum adhibuistis annum tam turpiter, de mea indignissima morte gavdeatis.

PROSOPOPOEIA.
Lecti, & Lucernæ.

In Dialog mort. Cataplus

Lectus, & Lucerna inducuntur à Luciano, accusantes apud Rhadamantum inferorum Iudicem Megapenthem Tyrannum, Lacidæ filium. Quod ille impiè, ridiculeque finxit, fingamus nos piè: & vtrumque peccatori obducamus, testem suorum criminum.

Lectum illum, impure ganeo, quem toties maculasti flagitijs, audies olim coram divino Iudice, de te conquerentem: Nunc illum avdi, te accusantem apud te, & accusationem extimesce.

Quid agis impudice? (inquit Lectus) Qui scele-

'erate , cogitas? Ideone viuis , vt postquā
grægatus es ad multam noctem ; supra
, vinolentus stertas , teque volutes , ad
ltam lucem ? Ideone stratus tibi , instru-
tq. sum , me vt sordibus inficias tuis , &
em me atq. administrum esse cogas tua-
ı turpitudinum ? O lutum ! ò fœtorem! ò
rcitiem execrandam ! Aperiamne , quæ
:rire flagitia soleo ? at meorum erubescit
dor linteorum ; pudetq. dicere , quæ fa-
e non pudet impudentem .
)ic tu Lucerna; profer in lucem , quæ Le-
s tegit , reticetque .
) tenebræ! (inquit Lucerna) cur me cali-
e involutam non oppressistis, ne luce meá
r aperire cogerer , ad horrenda crimina
ıraminatissimi tenebrioris . O quoties ac-
ısam me dolui ! quoties extinctam me vo-
! maximè , cùm oblecundate libidini no-
, invita me , sed tamen favente , eo fere-
ur plenus stupri , ac sceleris helluo , quò
pellebat insana cupiditas . Aderam , heu
:! cùm aliorum vitæ , aliorum pudicitiæ
idiaretur ; Aderam suffusa rubore , & spe-
bam maligno lumine , cùm per effrænatā
:ntiam , omnia pudoris naturæque orna-
nta perfringeret , cum spumaret ex ore
lus , cùm incensus furore, & amentiâ,tur-
udinem anhelaret .

PROSOPOPOEIA.
Bonorum quibus homo vtitur.

lesiste , ò quisquis es : qui nimio rerum
atorum amore flagras : paucis te volunt
ıa illa quæ possides , aures præbe paulis-
', illorum querelis , dum tecum , de te
expostulant .
Quid agis amens ? quò inflammata cupidi-
: raperis ? quid in nostros amplexus lutu-
tus ruis ? Ah ! furorem inhibet tantisper,
mosa sumus , tu deformis : nos nitida , tu *Ex S. Aug.*
dibus : omnibus nos perfecta numeris ,
omni

omni tu vitiorum labe, turpis: nos deniq Bona, tu malus es. Si vis tuis nos famul commodis, & obsequi votis, & necessit servire, & velificari delitijs, vtiliaq. tibi e se, ac bona: esto etiam tu tibi ipse bonu Nos, si bonos cupis habere famulos, te ciffim dominum quidem cupimus habere, bonum.

Sic tecum agunt, quæ amas vitæ bona, h mo inconsideratissime: his te interpell obsecraturque vocibus: quibus si occlu avres: avdi saltem, quas ad Devm, Do numque tuum, querimonias deferunt.

Effector rerum omnium præpotens, & pientissime moderator. Quovsque nos, Bo tua, quæ fecisti, & quæ laudasti, vt *bona*, seruire patieris tam malis dominis ancillas pulcherrimas, fœdissimorum ho num servitio mancipasti? Ideone, sple rem nobis inseruisti, ac pretium, vt o nis vilissimisque homunculis, & mulie elegantiā dignitatemq. conciliaremus ne voluisti nos esse Bona, vt amaremur xat à malis, vt à solis possideremur impro

RETICENTIA.

RETICENTIA *eadem fermè figura est,* Præterito, Ἀποσιώπησις *Græci* *cùm scilicet, dictis quibusdam, sermo abrump* *neq; perficitur, quod dici cœptum erat. Vt:*

4.*ad He renn.* 41 Tu istud ausus es dicere, homo omni mortalium: quæro, quonam te digno m bus tuis, appellem nomine.

Tu, istud hunc avdes dicere: qui nu

ibid: 13. alienæ domui: non ausim dicere, ne cum digna dixero, me indignum quippiam di se videat.

Huc pertinet illud Virgilianū, de Neptu

1. *Æneid* *Iam Cœlum, terramque, meo sine numine,*
Miscere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego! sed motos præstat componere fluctu

SE

ERMOCINATIO.

:RMOCINATIO, *seu Dialogismus, est ficta personarum colloquutio; siue solus unus loquatur, siue plures inducantur simul colloquentes.* xemplum habet Illustrissimum Cicero, probat, credibile non esse virum honeimum esse mentitum: Illud omitto, quia lò lungius, & aliud subdo, in argumenenustiori figuratum. *Orat. pro Comœdo* 48.

EXEMPLVM.

SENTATIO LVDIFICATA.

fereator locuples, non auro minùs, quàm te gravis, filiam habebat nubilem, & am. Eam cum nuptui tradidisset adoleti nobili, pro dote, bona sua donat om. Peractis nuptijs, gratulantur sibi novi iuges, insperatam felicitatem; illa, quòd nupserit, illustri genere; hic, quòd duc vxorem bene nummatam. At non item ulatur sibi senex, angitur contra intimis ibus, dementiamq; deflet suam, haberi udibrio, secum ipse quæritur, se contemidignum in modum â Filia, Generoque; vt ne aspectu quidem dignentur obuium. abijcit tamen spem omnem levandæ itudinis, Consilium hocinit callidū. Amiadit, quem posteaquàm salutauit, quo co suæ sint res, docet, & quid excogit, simul aperit. Ac nummos, inquit, in c rem, mihi non pavcos commoda, in cor dies. Libenter, inquit ille. En, de e ex hac capsula, quantum voles. Sumn iste capit non levem, domumque redit nus spei maximæ. Vix ingressus cubicu, Generum avdit suum, scalas domus ndentem; abdit se in suum conclaue Se, s vtq; tinnitu pretioso inescet hominem,

effug.

effundit aureos in mensam, & numerare … mos alta voce, claroque sono incipit. Ad … nitum monetalem accurrit ille, auscultat … foribus, miratur inhiat. Denique egred… senex, cui iste; Vnde inquit, mi pater, … densus tibi defluxit imber avreus? Quo… respondet, hæc summa est, ex ijs quę deb… tur mihi? hanc á debitore recepi hodie, … tuô daturus, ex amicis meis cupiam. E… stigio, vxorem ille adit, &, O nos am… inquit, nimiumq; credulos! vetulus no… etiamnum affluit avro: At illa; Quid … avro affluit? faxo ad nos brevi totum re… quantumcumq; est, non si arcem, ejus… vertatur, impressionem sustineat. Nec… ra, ad patrem devolat, vultum ad bland… componit, nectarea tota fit, melleis ver… & osculis parentem salutat; Vt vales, inq… mi parens optime, mea faustitas avrea, & … licitatis avrora, ó meæ vitæ gaudium. … dolum, dolo excipiens, valeô, inq… advenisse gaudeo, id temporis, volo … testamentum condere, teque scribere h… dem, summæ cuiuspiam. Beas me, inq… illa; at cur me id celaras, pater filiam tu… tui obseruantissimam, quære his oculis … amo? Nimirum, ait senex, non omnia … quovis euulganda tempore; Tabellio… accersere protinus: Accersitur, facit ill… stamentum, summô deinceps honorem… tur; moritur demum, sumptuoso effe… nere; aperto testamento, patet fraus, … delusos dolent, dolosi coniuges.

SVBIECTIO.

SVBIECTIO. *Figura est, quâ orator, … terrogat seipsum, & respondet sibi; vel … alium interrogat, non expectat responsum, sed … de suo addit. Vide, quam multifariè fingi p… bis exemplis, vel à Tullio petitis, vel ad … tationem compositis.*

Quam afferes excusationem absentiæ …

Fu…

: te morbo impeditum? at valebas, vt optimè: Negotijs distentum? at ludendo contrivisti diem totum.

...are venenum dare vellet? ne aurum ...eret? num petivit? ne crimen hæret? quis obiecit? *Cic. pro Cælio.*

...meam domum, religiosam facere po...? Ecqua mente? quâ invaseras: quâ ...u? quâ desturbatas? quá voce? quà in...i jusseras? quà lege? quam non scrip...t &c. *De Harusp. 33.*

...on appellabitur hostis reipublicæ, qui le...violari? tu rescidisti: qui Senatus autho...em contempserit? tu oppressisti: qui se...nes foverit? tu excitasti.

...is virtutes indagauit, vitiaq; expulit? ...n vitæ Philosophia dux? Quis dissipatos ...ines in societatem vitæ convocauit? non...hilosophiæ disciplina? Quis vrbes pepe...leges inuenit? nonne magistra morum ...sophia.

...anta est, Devs immortalis! humanæ ...is pernicitas! quam celeres ingenij mo... Vis, pervadat terras, ac maria? iam per...lubes, in cœlum evolet? iam evolauit. ...s detinere? non potes. Quos enim obi...pone terræ molem; penetrabit: oppo...eanum; transiliet: mundum ipsum vni...m obijce; momento superabit vniuersa.

...id tam nouum, & inusitatum, quàm ...m duodennem, omnes omnium poeta...tenere fabulas? tenet accuratè: Rheto...disciplinam callere penitùs callet: Dia...cæ argutias, & Iurisprudentiæ tricas ...isse? apprimè didicit. Quid tam incre...e, quàm id ætatis adolescentulum, La...i, Græcam, Hebraicamq; linguam, ha...probè prospectas cognitasq; habet co...s. Quid denique tam admirabile, quàm ...pore, quo alij vix loqui expeditè sciūt, ...ulosophiæ arcanis, & Theologiæ my...i, coram ce eberrimo cœtu doctissimo...hominum, cum laude disputare? adver...m petitiones eludere? palmam referre? ...tauit, elusit, retulit. *Vide Cic. pro'.1.Manilia 61.*

Quo-

Quonam pacto hunc reum defendes; ritiæne crimina, frugalitatis laude de beris? at nemo illo nequior, nemo lib sior extit. An dices, virum esse forte homo inertior, ignaviorque proferri n test. At mores commodi: quis con cior? quis superbior? At hæc, sine cu malo: quis acerbior? quis insidior crudelior vnquam fuit?

Dilatemus exempla duo: in laudem Elo & Geographiæ.

LAVS ELOQVENTI

Hanc artium Reginam, ipsamet Subiectio laudat, sic eam alloquens.

Sisto me, Regina flexanima, subi ma tibi figura Subiectio; vt si quid v est, quod tuæ nondum potestati fortè cerim, id totum tunc tuis pedibus ac subijciam tibi, atque submittam. Sub se quoque; mecum, Artes omnes, D næ, Scientiæ, Facultates; nihilq; p se, profitentur, quod tibi non subiec lint. Triumpha igitur; ingeniorum trix, & voluntatis humanæ Domi nihil sit, quod non planè perfecteq; s ris. Etenim, quid nunc est, quod t bus se opponat? An procax hominum ne nefas effusissimorum protervia? at primis. An effrænatæ cupiditates, dines? at eas frangis. An iuvenilit tans superbia? at coerces. An auda proborum; at cohibes, Flagitiosor res? at exarmas. Consceleratorum c non refutas eos solùm, sed rides. Q mines forté pertinaciter obfirmari, tibi? an non expugnas! Feri, & a nonne mitigas? Immanas, ac barba eorum naturam versas, mentem torq res immutas commoues animum, & nem partem conuertis?

LAVS GEOGRAPHI

Cum simus omnes sic á natura con

loca, in quibus nunquam fuimus, adeun-
, miro desiderio teneamur; quid meliùs
piditatem hac in parte nostram explere
test, quam disciplina Geographiæ? avt quę
quam regio est, quò per hanc Artem nobi-
imam liberé pergendi potestas non fiat?
s longé, lateq; patentes terrarum tractus,
mpore breuissimo peragrare? iam peragra-
: excelsa montium iuga conscendere?
n conscendisti: agros oppidis collucentes,
tora distincta villis, & vrbibus, perlustra-
? iam perlustrasti. Optas steriles pervade-
, mutasq; solitudines Africæ? Expletis vsur-
te oculis, gemmeas Indici maris oras, aut
mœnissimas Americæ regiones, auri, argen-
l; venis prædivites? Hæc omnia dum lo-
'or, si tantisper ad Geographiam te con-
rtas, pervasisti, intuitus es, obijsti.

SVSTENTATIO.

SVSTENTATIO *figura est, quâ suspensos te-
nemus aliquandiu audientium animos, alia
mora recensentes, & reijcientes donec tan-
m, id quod quasi animo conditum seruabantur,
ponimus. Adhiberi autem solet hæc Exornatio,
m explicaturi sumus aliquid insusitatum, admi-
bile, aut inexpectatum; nisi si fortè quis iocari
lit, aut mouere risum, vt fecit Martialis hoc
pigrammate.*

Quod conuivaris sine me tā sępè, Luperce, *7. in Verr*
Inueni noceam, qua ratione tibi. 10.
Irascar, licet vsq; voces, mittasq; rogesq;
Quid facies? inquis: quid facia? veniam.

*Quà porrò ratione, fieri hæc figura debeat, præcla-
te docebit exemplo, Tullius, his verbis insectans
famem verris auaritiam.*

Causa dicta, serui damnati sunt. Quod de-
nde? quid censetis? furtum fortassè, aut
prædam expectatis aliquam: nolite vsque-
quaque eadem quærere; in metu belli, fu-
gandi qui locus esse potest? Etiamsi qua fuit

in hac re occasio prætermissa est. Tunc p tuit, nummorum aliquid auferre, cum ac lati sunt: at veró iam damnatis seruis, q prædandi potest esse ratio? produci ad s plicium necesse est; itaque producuntur, ad palum alligantur. Etiamnum mihi ex ctare videmini, Iudices quid deinde fact sit; quód iste nihil vnquam fecit, sine aliq quæstu, atque præda. Quid in eiusmodi fieri potuit? quod commodum est? Expect te facinus, quám vultis improbum, vinc tamen expectationem omnium *Tu subjecta pacto, Verres, pecunia corruptus, reos solui iuss* *Subijciamus & nos, alias eiusdē Exornationis id*

EXEMPLA.

HONOR DOCTIS EXHIBITVS.

Avdite, quanto fuerint olim in pretio lit ræ; quibus homines doctos honoribus orn rint, non ipsi modo Reges, sed Tyranni. Pla tonem Syracusas venientem, excepit Diony sius tyrannus; at qua pompa? quo apparat qua humanitatis magnificentia, & significa tione benevolentiæ? Expectatis hic forsan vias fuisse cylindro æquatas, vt Caligul aberratis: avreis perspersas ramentis, vt C modo? hallucinamini: floribus constratas, Heliogabalo; nihil minus. Quid igitur? a cipite, atq; suspicite. Platonem ipsum, ave vehentem quadrigis, avrigans ipse Dionysi in vrbem triumphabundus introduxit. O spl dorem literarum eximium! ò illustrissimu doctrinæ decus! (*nam huic figura, Exclama aptè subicitur.*)

IMPERATORIS IGNAVIA.

Ducis huius invictissimi magnitudinē a mi, incredibilemq; generositatem demitan ni, Videte, quantum finitimis populis te roris iniecerit; qua fortitudine inierit pr lium; quanta felicitate debellarit. Avdier per exploratores, hostem celeritate vsu

aliquot

aliquot loca, improuiso adventu cepisse, iamq; oppugnari, regni munitissimum oppidum, Ad um repellendum, colligit totum robur imperij: quis eis victoriam non despondeat? onscribit numerosum exercitum: quis non ertimescat? Vim tormentorum maximam otam: quid formidolosius? Copias explicat, uccinæ concrepant, tympanorum, ac bombardorum horrifico strepitu, omnia laté loca ersonant: quis obsidionem solvendam non rederet? Deniq; magnis itineribus contenit ad illud oppidum, cum vniverso exerci- - Quid deinde sequitur? vbi in conspectū enit, viditq; è stationibus suis erumpentes rmatorum globos, accingentium se ad ceramen, illicó receptui cani imperat, ipse adnissis equo calcaribus, primus omnium arriit fugam. O præclarum Imperatorem, non antum cum Scipionibus, & Alexandris conerendum, sed etiam, si superis placet, anteponendum!

IRACVNDIÆ FOEMINÆ FACINVS.

Hæc nuper fœmina, ancillulam cùm ferire ellet, idq; non posset commodè, quòd manus haberet impeditas, (tenebat enim alterá peculum, alterá gemmeum torquem, & rmillas avreas) quid illam fecisse putatis? peculum illud, dicet aliquis, in eius caput npactum, forté committit: nequaquam, am pretiosius erat, quàm vt tam leui de avsa frangeretur. Quid? num pede, illam ercussit avt cubito? nimis. Hoc vsitatum est ujus de vulgo mulierum, An probris, conviijsq; lacerauit? & illud etiam nimis est vulare. Quid igitur facere potuit? neq; enim lia videtur esse ratio explendæ iracundiæ, vt doloris vlciscendi. Imò alia est, sed inolita, ac noua. Nimirum dentibus rē agere nstitit. Ain tu dentibus? quonam verò moo? dicam, accipite Puellam, quæ á tergo rat, eius vt capillos comeret, coram venire ubet; paret illa: tum verò, humanissima hęc nulier, in eius os, rostro plusquám canino

irruens, nasum impetit, miseramq; denasasset dubio procul, nisi avertens opportunè ancilla vultum, pro naso obtulisset aurem, quã furia pené totam mordicus abstulit. O nequitiam inauditam!

IMPUDICÆ FOEMINÆ FLAGITIUM.

Fingite animo facinus quàm vultis horrendum, & execrabile; cogitate quidquid immanitatis, & turpitudinis, ad omnem intemperantiam erudita, moliri solet impudentia; vincet huius fœminæ flagitium cogitationem vestram. Nolite hic proinde refricare memoriam parricidiorum, incestuum, sacrilegiorum, quæ aut ab historicis conscripta, aut à poetis ficta, vel legistis, vel audijstis. Leviora illa simul omnia videbuntur, tametsi grauissima, si cum hoc vno componantur, quo vobis expositurus modò sum. Quod illud autem facinus tam abominandum? horreo dicere; pudore stupet animus, torpet lingua, hæret oratio, nec verba suppetunt, quæ id satis explicent. Loquatur ipsa mulier nefanda; scelus nobis suum aperiat, minùs enim erubescet dicere, quod non erubuit patrare. Audite illam, simulq; cognoscite, quo furore serpat effusa libido, cum semel admissa est, quàm difficile coerceri, reprimiq; possit, tartarea lues, cum medullas penetrauit intimas, torumq; animum pervasit. Ego, inquit, insana cum flagrarem cupiditate, nec amori nefario obsequeretur fortuna, &c. *neq. enim inficienda charta est narratione tam horrendi flagitij.*

TRANSITIO.

TRANSITIO, *non tam figura est, quàm quidam veluti figurarum nexus, quo fit, vt aptè inter se copulata orationis membra concinnè cohæreant, efficiantq; vnum quasi corpus. Dicitur autem Transitio, quod per illam ab vna sermonis parte transeatur ad aliam: quòd quà ratione sit præstandum non tam præceptis, quam vsu; & lectione con-*

ndiscendum est. Moneo tamùm, nullam rem rmè esse, in qua oratoris ingenium, industriaque iagis eluceat, quam in his Transitionibus: easque mniū illustrissimas vulgò censeri qua orationis par-s, ita delicate committunt, vt ipsa commissura ix appareant. En tibi nonnullas de vsitatioribus, nnectendis formulas, & primùm particulas quasam huic rei inseruientes

Ad hęc, illud etiã considerandum nobis est. Adde his; Accedit his; Accedit ad hoc; Huc accedit, quæ ille gessit in exercitu.

Huc pertinet; Eodem pertinet. His finitimum est: Huic proximum est, illud, &c. Ad hunc ordinem referendum est, quod domi contigit.

Iam verò quid referam? &c. Age verò, explicemus nunc, &c. Quòd suos etiam incessit?

Nihil iam dico, de illo scelere. Omitto domesticas eius sordes. Nam illud quid attinet commemorare?

Sed hæc de particulis connectentibus; nunc ad quasdam Transitiones transeamus, a varijs Rhetorica locis deductas.

Sed hęc, vtcũq; ignoscẽda: illud quis ferat! Audistis grauissima, sed avdietis graviora.

Sed hæc priuatim, nunc quæ publicè gesta sunt, videamus.

Sed hæc Iuvenis peccauit, nunc senis virtutes avdietis.

Quid his immoror? ad id quod est hujus causæ caput, festinet oratio.

Habes, quid in illum contulerim beneficiorum; nunc quam gratiam mihi retulerit, accipe. *Phil.* 2.

Sed hæc vetera; illud autem recens, Cæsarem meo consilio interfectum. 25.

Sed ne fortè ex multis rebus gestis M Antonij, rem vnam pulcherrimam transiliat oratio, ad Lupercalia veniamus. Non dissimulat Patres Conscripti, apparet esse commotum; sudat, pallet. *Ibid.* 84. *Ibid.*

Sed arrogantiam hominis, insolentiamque cognoscite.

At etiam avsus es, quid avtem est, quod tu non avdeas? *Ibid.* 16.

 Ad

Ad eius Tribunatum, qui ad sese iam dudum vocat, & quodammodo absorbet orationem meam, contento studio, cursuque veniamus.

Sed nimis multa de nugis ad maiora veniamus.

Sed nos pariter nimis multa de his Figuris, ad aliam huius Libelli partem veniamus, & de Amplificatione iam differamus.



PROGYMNASMA III.

DE

AMPLIFICATIONE.



MPLIFICATIONIS nomine, non hic ego cum Cicerone intelligo, graviorem quandam Affirmationem, quæ motu animorum conciliat in dicendo fidem, & quæ non nisi ad magnas, gravesque causas, adhibetur, hæc enim Tyronum, quos informare volumus, captum excedunt: Sed cum Isocrate, Artem illam intelligo, qua ex paruis, ampla(vnde *Amplificationis* nomen deductum est) ex angustijs, extensa, & lata, (ex quo *Dilatatio* nuncupetur) ex coactis compressisq. diffusa,& explicata fiunt, vnde etiam r ei *plicatio* dici potest. Atq. hoc ipsum est, quod hic explicandum suscepi, quodque vt ordinatè fiat, Trifariam hoc Progymnasma diuidam: ac primùm præcepta quædam, sed pauca: tum Rationem Amplificandi, deniq. Exempl aquędā Amplificationem proponam.

PARS

PARS I.

Amplificationis Præcepta.

AMPLIFICARE, non eſt, inani Verborum exageratione, rem avgere ſuprà modum, eique plus attribuere, quàm veritas concedit: Alioqui non video, quid diſcriminis eſſe poſſit, inter Amplificandum, & mentiendum. Sed

II. Amplificare quidpiam dicimus, quoties ea, quæ inſunt in ipſa re, avt affinitatẽ habent cum illa, expromimus dicendo, ſubijcimuſq; ſub aſpectum. Sic ſuas Propola merces Amplificare dici poteſt, cùm quæ habet varijs in ciſtellis recondita, convoluta, & complicata, evoluit, & diſponit ordinatim ſingula, exponitq. in Officina, ſuo quoque loco: Similiter Orator, dilatare dicitur aliquid, cùm eius partes omnes, alias alijs innexas, ac permixtas explicat, vt ſingulæ appareant, & ſuum ab alijs ſegregatæ, ſeorſim obtineant locum. Quod planiùs, vt fiat, adverte;

III. Nullum eſſe argumenti genus, nullã ſententiam, propoſitionem nullam, quæ cũ ſit quoddam totum, ſeu phyſicum, ſeu morale; partes non habeat ſuas, vel phyſicas, & veras; vel morales, hoc eſt, cogitatione diſtinctas. Primi generis partes habet hæc propoſitio ORBEM PERAGRAVIT VNIVERSVM. Orbis enim, veris partibus conſtat terra ſcilicet, ac mari, provincijs, regnis, varijs regionibus. Secundi generis partes habet iſta. CAINVS FRATREM INTERFECIT. Nam execrandi huius facinoris partes, ſaltem animo diſtingui inter ſe poſſunt. Adiuncta nimirum ſingula, quas vulgò *Circumſtantias* dicimus, cuiuſmodi ſunt, perſona, locus, tempus, inſtrumentum, fi-

nis, &c. quæ huic sceleri, sunt loco parti
Obserua porrò.

IV. Cuivis pronum esse, *veras*, ac na
rales partes totius cuiuspiam invenire, qu
nimirum cadant sub oculos: At quas *Mora*
diximus, non ita facile deprehendunt
quippe quæ ab ingenio nostro pendeant,
mentis acie, quasi producantur. Itaque
quiritur ratio quædam, qua faciliùs inve
gari, & inveniri queant: Hanc verò m
nem docet Rhetoricæ ars quam tibi vt
tradam, verbis pauciſſimis, adverte.

V. Præcipuos quosq. Rhetoricæ locos
de Amplificationes petuntur, reduci p
se ad locum vnum illum qui *Enumerat*
seu *Distributio partium* appellatur: Quæcu
enim Amplificationes fiunt à locis singul
nihil aliud sunt, quam *Enumeratione*, vel D
finitionum, vel Adiunctorum, vel Antec
dentium, & Consequentium, vel Contrar
rum, & Repugnantium, vel Similitudin
Exemplorum, &c. quæ Definitiones, Adiu
cta, Antecedentia, aliaq. id genus, nihil s
nisi Partes illius Compositi, seu Proposi
nis, quam amplificandam suscepimus. Id,
pateat, vel ipsis puerulis, luce clarius,
peresse tantum videtur, vt.

VI. Exempla quædam breuiſſima, ad
ctorum confirmationem abducam. Sit ig
tur hæc dilatanda propositio.

FLORES OBLECTANT.

AB ENVMERATIONE DEFINITIONVM.

Nihil dicam de verbo. Oblectant: *solum ei*
Nominatiuum, Flores *dilatabo*, *à Florum Defin*
tionibus, *quæ sunt tanquam Partes illius nomin*

Flores exquisitiſſima naturæ omnium p
rentis Ornamenta, Ocelli hortorum exan
mes, odorifera telluris Astra, molles vivec
Gemmæ, nectareæ roris, & mellis Officina
Nympharum Decor, & amores, Sede
Gratiarum Blandimenta Cupidinum, amo
nita-

tatum omnium, illecebrarumque purio-
m picturatæ Pyxidulæ, oculos, odoratum
e incredibili delectatione demulcent.

REMPVBLICAM CONSERVAVIT CICERO.

AB ENVMERATIONE PARTIVM.

Cùm perditissimorum hominum nefarios
onatus repressit in consulatu, audaciamque
futauit, M. T. Ciceronis summa vigilantia,
divina dicendi vis; Senatus auctoritatem
bilitatem, ac propè oppressam erexit, Pa-
itiorum ordinem amplissimum amisso splē-
ori reddidit, Equites Romanos asseruit in
bertatem, Plebem vindicavit ab servitute
rudelissima. Ignem ab Ædibus prohibuit,
acrilegia, & rapinas arcuit ab Aris & Tem-
lis, à Mœnibus ruinam avertit, tyrannidem
epulit à Curia, vim á Fœminis, ferrum à
iris, calamitatem propulsavit ab omnibus,
este præsentissima Italiam liberavit, Remp.
enique universam iam præcipitatem, & in
ertum ruentem excitavit, & in pristinum
ummæ dignitatis gradum restituit.

Vide ibi recensitas Partes Reip singulas.

IVDAS PRODIDIT CHRISTVM.


AB ENVMERATIONE ADIVNCTORVM.

Partes illius propositionis, hac adiuncta sunt.
Quis prodidit; Quem, Quibus, *&* Cur *prodidit*;
Quibus auxilijs, Quomodo, Vbi, *&* Quomo-
o prodidit. Ex quibus, omnibus in vnam collectis
ngiorem periodum, proditionem illam sic expones,
(*Quis*) Immanis ille furcifer ac latro, te-
rum illud horribileque hominis monstrum
x omni scelere concretum, ex omni coagu-
tum malitia, vilissimus ille, detestabilisque
ruus, homuncio, transfuga; (*Quem*) Du-
em, Dominum ac Deum suum, omnis sanc-
moniæ fontem, omnes Thesaurum sapientię,

 hujus

hujus universitatis Effectorem, summum Arbitrum, (*Ubi*) in horto divinis dudùm i us vestigijs, precibus ac lachrymis, nunc fuso humi sanguine, recens cõsecrato; (*Quando*) hac eadem nocte, qua post celebra cum illo cœnam, lutulentos ejus pedes, Christus ipse abluerat, extersεrat; (*Cur*) avaritiæ peritus, turpissima pecuniæ cupi tate stimulatus incensus; (*Quomodo*) non a ta vi, sed dolo irruens, non denuncians pal bellum, sed pacem simulans, ficta salutati pestilenti complexu, atroci osculo, (*Quib* nefandæ carnificum cohorti, quibus stipa erat, & infensissimis inimicis, ejus vitæ i diu insidiantibus, per inauditam execrabilem que perfidiam, vincendum, excruciandum ac contrucidandum objecit.

Mitto hic enumerare locos alios: Ex his tribus Exemplis, satis perspicuum fieri puto, qu supra dixi, videlicet, omnia Amplificationum ta, ad unam Enumerationem Partium referri po Alia qui volet Exempla, suo loco inuènit bene ta, omnisque generis.



PARS II.

Amplificandi Ratio.



Equitur iam, ut post Præcepta Amplificationis Usum doceris; qua videlicet ratione quodvis argumentum dilatar debeas, facilique negotio po fis. Hęc Rhetoricæ Pars est ut omnium præstantissima, maximeque necessaria, ita etiam difficillima. Meum est, difficultates amovere, aut certé minvere, quod spero me consecuturum; si à me dicenda modò diligenter perpenderis:

Ad

Ad Amplificationẽ duo requiruntur Mate-
a, & Forma: hæc, est ipſę Res ſeu Argumẽ-
, quibus ad aliquid probandum vtimur, &
lodus ſeu Ratio, qua res illæ & argumenta
ertrahantur.

Exempli cauſa. Sententia hæc tibi probã-
a & amplificanda proponitur. *Pigritia eſt fu-
enda.* Vt injunctum munus exequi valeas,
uo tibi præſtanda ſunt. Primó, Invenienda
int Argumenta plurima, quibus conficias,
igritiam eſſe fugandam. Secundó, ſcire de-
es, qua ratione, inventa illa Argumenta, ele-
ganter & ornaté tractanda ſunt. Vtcumque
t percipias, utrumque nunc enitar dilucida-
e pro virili? gemino Capite.

CAPVT I.

rs Conquirendi, & Inveniendi Rationes, & Argumenta.

HAnc Artem, triplici quaſi Clave aperio ti-
bi, triplicem explicandi Modum inve-
iendi argumentã, & materiã Amplificationis,
rimus erit, per Locos Oratorios. Secundus,
er adiectiva Nomina. Tertius, per ea, quæ
ẽſibus objiciũtur. Ac nunc ordiamur à primó

§. I.

PRIMVS MODVS INVENIENDI ARGVMENTA.

PER LOCOS RHETORICOS.

PRimus hic Modus communis eſt, & uſi-
tatus, cum ſcilicet, conquiruntur Argu-
nenta, in Locis Rhetoricis, in quibus nimirũ,
nquã in quibuſdã pyxidibus includuntur.
Quemadmodũ autẽ pyxidibus, narthecijſq; ad-
cribi ſolent earũ rerũ nomina, quas cõtinent;
a hi loci, quibuſdam notis indicant, quid in
uoque Loco quæri oporteat v. g. hęc nota,

seu epigraphe, *à Definitione*; ostendit, inquirenda esse illo loco, de quibus Definitione rerum, agitur. *A notatione nominis*, investigandam esse, quid rerum illarum nomina significent. *A distributione partium*; quibus partibus illæ constent; & sic de aliis.

Observanda porrò duo sunt. Primùm his locis alios esse exiles plerumque macros sterilesque è quibus, vel exiguæ rationes peti possunt; cujusmodi sunt, *A notatione nominis*, à *Conjugationis*: alios feraces uberes, fœcundos argumentis, quales sunt, *Ab Effectibus*, *à Contrario*, *ab Enumeratione partium*, &c. Secundùm Non ex omnibus locis, ad quidvis probandum erui, argumenta posse: Qui enim loci, ad rem unam confirmandam sunt perutiles; ad aliam probandam, inutiles erunt: Quod enim de ipso soli ingenio vulgò ajunt:

——*Non omnis fert omnia tellus*:

Sic, non omnis Locus, cujus argumento, rationes suppeditat. Itaque quod in agricultura arte, faciendum esse monet Poeta, ut consideremus.

Virg. 2. Georg. *Et quid quaq; ferat regio, & quid quæq; recuset.*
Propterea quód.
Hic segetes, illic veniunt feliciùs uvæ;
Arborei fœtus alibi, atque injussa virescunt
Gramina.

Idem in hac arte curãdum est, & indagandũ qui Loci, Argumento, quod suscepisti, convenientiores sint, & qui minùs idonei, ut his omissis, diligentiùs exeutias illos.

Ac iam Exemplo ostendamus unico, qua ratione à singulis Locis Rhetoricæ, Argumenta duci debeant.

CASTITAS.

Castitatem, Virtutum pulcherrimam, adeoque amabilissimam, à Locis illis communibus brevissimè sic evinco.

A DEFINITIONE.

Castitas, virtutum Nitor, vitæ Decus, Lux honestatis, cœlestis elegantiæ Fons, puriorisque formæ formosa Frons, amorem vestrum,

Adole-

lolescentes, ac venerationem efflagitat. *Vides hic Definitiones Castitatis, vide jam Partes, quibus illa relucet.*)

PARTIVM ENVMERATIONE.

a Quid enim dignius amore vestro? Oculorum aciem, in ejus oculos advertite; quid splendidius? frontem suspicite; quid serenius? videte genas; quid suavius? cernite sinum; quid pudicum magis? Caput, collum, brachia, manus, demum corporis speciem, habitumque intuemini? quid, oro, speciosius, castere sub aspectum potest? — *a Interrogatio, Repetitio ni coniũctio.*

A NOTATIONE NOMINIS.

Vel ipsum Castitatis nomen, quod dico, prædicat; (*Castitas à castigando dicta*) cùm enim castiget illa, coerceat, emendetque proclivitates vitiorum; partes insuper corporis singulas, ad justum sic exequat modum, nulla ut forma absolutior, nulla species castigatior esse queat, pulchritudine Castitatis.

A CONIVGATIS.

b Ergo, qui hanc amabitis laudem castimoniæ, castam agite vitam, castè vos vbique gerite, nihil nisi castum, nisi pudicum verset animus, lingua proferat, manus moliatur. *Castimonia, castè, castam, Conjugata sunt*) — *b Apostropho.*

A GENERE, ET FORMA.

Magna quidem species Virtutis ac dignitas est; eximium hominis decus, & gloria: At cujus speciei nitor, dignitatisque claritas, & cujus gloriæ splendor, annon est Castitas? *Virtus est genus, Castitas est forma seu species ab illa contenta*)

A SIMILI.

Certè, ut cæteros vincit flores candore an decore Lilium; ut Stellas fulgore obscurat Luna: sic pulchritudine videtur Castitas, cæteris virtutibus anteire (*Similitudo patet.*)

A DISSIMILI.

Vtique nihil est cœno voluptatum turpius ac contemptius; ita isto Virtutum cœlo, nihil augustius existit atque præstantius. *Cœnum ac Cœlum, dissimilia.*)

A

A CAVSA.

In hoc Cœlo, ceu in Throno suo sedet Virgo Devs, castissimarum Procreator, Mentium; (*en causa efficiens*) quæ tametsi terreni corporibus copulatæ (*en Materialis*) ab omni tamen cogitatione sensuum remotæ, labi prorsus expertes sunt, (*en Formalis*) quó puriorem in se, perfectioremq; Divini Numinis imaginem repræsentent. (*en Finalis.*)

AB EFFECTV.

Et verè repræsentat, Æternæ Mentis supremam potentiam Casta mens, vt cæteras sileam ejus laudes; cùm, quod Devs semel effecit, nunquam non facit Castitas, illæsum præstans animum, non tantùm corpus, medios inter ignes impuræ fornacis, furentibus exestuantis libidinum flammis. (*Effectus ille Castitatis est admirandus.*)

A CONTRARIO.

Ijs nempé flammis, quas obscœna Cupiditas excitat, foveat, alit, incendit; vt quantum ab hoc vitio detrimenti manat, ac turpitudinis, tantùm ab hac virtute in nos commodorum, & honestatis, profluere fateamur. (*Illa Cupiditas obscœna, Castitati contraria est.*)

AB ANTECEDENTIBVS, CONCOMITANTIBVS, CONSEQVENTIBVS.

Quidni veró id gloriosè fateremur, in ejus gratiam? quam commitantur virtutes innumeræ, antecedit nulla; quam exquisitissimi gratiarum dotes exornant, quam pretiosissima animi bona, & ornamenta consequuntur & in cujus vnius sinum, munera simul omnia confluunt, quæ singula seorsim illustrant. (*Clara hic sunt omnia.*)

AB EXEMPLO.

Testis est, Regina Virginum, cui Castimoniæ decor incomparabilis, tantùm gratiæ tantúm majestatis asperfit, ipsum vt Opificem suum, & Effectorem mundi Devm traduxerit in sui amorem, & admiratione pitrissimoque sinu concluserit. (*Exemplum Dei Mater.*)

A

A COMPARATIONE.

Incomparabilem dixi decorem Castitatis, am, quod cum illa comparem, nihil occurit vsquam: Imò plurimæ sese mihi virtutes offerunt, quas ei componam; ita est. Sed nullam ex ijs vnam reperio, quæ pulchritudinis lavde, Castimoniæ, virtutum amabilissimæ, non concedat.

Habes hic Orationculam ab omnibus contextam ocis Rhetoricis; è quibus singulis, singula ita duxi rgumenta, itaque inter se connexui, vt vnũ quasi orpus efficiant: cui pro Exordio esse potest primus Definitionis Locus, & pro Peroratione, Locus Comparationis vltimus.

---

§. II.

ECVNDVS MODVS. INVENIENDI ARGVMENTA,

PER ADIECTIVA NOMINA.

Modus hic, á nemine quod sciam, indicatus, nihil quidem speciosum, ipsa ronte præsefert; spero tamen fore, vt fateais, nihil in hoc genere vberius, & accomoatius tradi posse. Adverte modò animum. Nihil est eorum, quæ in disputationem cadere possunt, quod bonum, vel malum non t; quod lavde dignum non censeatur, aut ituperationis obnoxium. Illud, tu, cuiuscumq; sit generis, si confirmare voles Argumentis prope innumeris, habeto in promptu, *Adiectiua nomina*, quæ vituperium, vitiumve gnificant: Ac tum singula inspice, & eoum sensum perpende; miraberis, tot ferè bi Argumenta obijci, pene non cogitanti, uoi adiectiva sumpseris. Id verò, antequã eclarem fusiùs, operæ pretium fuerit, hic ttexere, præcipuorum Adiectivorum Noinum Indicem, tum eorum, quæ boni, tum

eorum,

eorum, quæ mali cujuſpiam ſignificatione habent. Addam etiam, quæ in vtramqu partem accipi poſſunt, & tàm laudi, quà vituperio communia ſunt. Adijciam, & ſub ſtantiua quædam, é quibus item vt ex adie ctiuis, rationes deduci queant.

INDEX

Adiectivorum Nominum, ad Amplifican- dum aptiſſimus.

ADIECTIVA LAVDIS.

Admirabilis.	*Elegans.*	*Perfectus.*
Amabilis.	*Egregius.*	*Pius.*
Argenteus.	*Excelſus.*	*Politus.*
Aureus.	*Fauſtus.*	*Potens.*
Auguſtus.	*Floridus.*	*Præclarus.*
Beatus.	*Fortis.*	*Pudicus.*
Bellus.	*Gemmeus.*	*Pulcher.*
Blandus.	*Generoſus.*	*Rarus.*
Bonus.	*Gratus.*	*Rectus.*
Candidus.	*Hilaris.*	*Sacer.*
Caſtus.	*Honeſtus.*	*Salubris.*
Celebrandus.	*Honoratus.*	*Sanctus.*
Charus.	*Humanus.*	*Sanus.*
Clarus.	*Illuſtris.*	*Sapiens.*
Clemens.	*Innocens.*	*Serenus.*
Comis.	*Iuſtus.*	*Splendidus.*
Commodus.	*Laudabilis.*	*Suavis.*
Conſtans.	*Magnificus.*	*Sublimis.*
Contentus.	*Manſuetus.*	*Tranquillus.*
Deſiderabilis.	*Modeſtus.*	*Venerandus.*
Diligens.	*Nobilis.*	*Verus.*
Divinus,	*Obediens.*	*Vigilans.*
Doctus.	*Officioſus.*	*Vtilis.*
Dulcis.	*Ornatus.*	

SVBSTANTIVA LAVDIS.

Adamas:	*Ara.*	*Cælum.*
Agnus.	*Aſtrum.*	*Conſolatio.*

Cor

.	Odor.	Religio.
ma.	Pax.	Ros.
ftallus.	Præmium.	Salus.
cus.	Purpura.	Sceptrum.
lectatio.	Quies.	Sol.
s.	Radius.	Templum.
tia.	Ratio.	Thesaurus.
urus.	Rex.	Victoria.
x.	Regnum.	Vita.

ADIECTIVA VITVPERII.

cusandus.	Fœdus.	Miser.
marus.	Fœtidus.	Molestus.
rogans.	Funestus.	Mutabilis
sper.	Furax.	Nocens.
trox.	Furiosus.	Obscurus.
usterus.	Horridus.	Odiosus.
rbarus.	Ignarus.	Parcus.
lucus.	Ignauus.	Paruus.
cus.	Immodestus.	Pauidus.
lidus.	Improbus.	Periculosus.
tiuus.	Imprudens.	Piger.
tagiosus.	Impurus.	Putridus.
temptus.	Inanis.	Rebellis.
rruptus.	Incomodus.	Rudis.
udelis.	Infamis.	Sacrilegus.
mnosus.	Infaustus.	Seuerus.
formis.	Infidelis.	Sordidus.
mens.	Ingratus.	Stupidus
eplerandus.	Injustus.	Tardus.
esperatus.	Insidiosus.	Temerarius.
urus.	Insolens.	Timidus.
aminatus.	Intemperans.	Turpis.
renatus.	Intolerabilis.	Vanus.
ns.	Inutilis.	Veneficus.
lax.	Lethifer.	Venenosus.
reus.	Luxuriosus.	Vilis.
gitiosus.	Malus.	

SVBSTANTIVA VITVPERII.

uleus.	Bellum.	Cadauer.
lua.	Bustum.	Calamitas.

Car-

Carcer.	Dolor.	Odium.
Catena.	Fax.	Pecus.
Canum..	Fames.	Seditio.
Colluvies.	Fel.	Serpens.
Crimen.	Fœditas.	Seruitus.
Culpa.	Gurges.	Spina.
Damen.	Insidia.	Strages.
Damnum.	Morbus.	Stultitia.
Dedecus..	Mors.	Tyranis.

ADIECTIVA COMMVNIA

Absconditus.	Facilis.	Nouus.
Abundas.	Fertilis.	Nudus.
Adversarius	Facundus.	Patiens.
Æternus.	Immensus.	Perseverans
Afflictus.	Immortalis.	Plenus.
Amicus.	Incensus.	Primus.
Aptus.	Indignus.	Privatus.
Ardens.	Insatiabilis.	Robustus.
Armatus.	Insignis.	Severus.
Andax.	Leuis.	Similis.
Avidus.	Liber.	Solidus.
Bellicosus.	Longus.	Tener.
Calidus.	Lugubris.	Tristis
Celer.	Magnus.	Vacuus.
Credibilis.	Mastus.	Venalis.
Deceptus.	Necessarius.	Vnus.
Delicatus.	Niger.	Vulgaris.

SVBSTANTIVA COMMVNIA

Arbor.	Collectio.	Labor.
Ars.	Columna.	Lac.
Arx.	Compendium.	Lex.
Aula.	Cuna.	Opinio.
Basis.	Cura.	Orbis.
Calor.	Delitia.	Pondus.
Canalis.	Fama.	Radix.
Campus.	Fax.	Rumor.
Cardo.	Flamma.	Speculum.
Causa.	Fons.	Via.
Clavis.	Fornax.	Voluptas.

Ex his nominibus Adiectivis, præcipva h[...] sunt triginta.

AD

AD LAVDEM.

us.	*Honestus.*	*Potens.*
us.	*Iocundus.*	*Pulcher.*
is.	*Iustus.*	*Sublimis.*
iosus.	*Nobilis.*	*Vtilis.*

AD VITVPERIVM.

ax.	*Injustus.*	*Molestus.*
us:	*Inutilis*	*Turpis.*
mmodus.	*Miser.*	*Vanus.*
nstans.	*Malus.*	*Vilis*

COMMVNIA.

undans.	*Difficilis.*	*Magnus.*
ilis.	*Necessarius.*	*Paruus.*

*V*sum nunc á me requiris hujus Indicis:ac-
e. Ponamus orationem tibi de Pace, scri-
ndam esse. Quid facto opus?
1. Colligenda sunt ea omnia, quæ ad illius
dem conferre possunt. Id assequeris av-
a levissimo negotio, percurrendo vel ocu-
, vel memoria, (si memoriter comprehen-
habes Indicem illum, quod momenti es-
luco maximi) percurrendo, inquam, *Adie-*
a illa *Laudis*; (cum Pax, per se lavdanda,
expetenda sit,) nec non *Substantiua* lustran-
, illis adiectivis adiuncti; eaq; sumendo,
magis argumẽto cõducent, alijs omissis.
Si hæc non sufficient, indagabis etiam
iectiua communis significationis; indeq; pariter
es, quæ convenientiora videbuntur.
. Si necdum illa satis erunt, & à Contra-
um loco (qui locus ad probandum valet
ximè) Pacem commendare voles; Expen-
Adiectiua, & substantiua Vituperij, vt osten-
, carere Pacem malis illis omnibus, quæ
huiusmodi Nomina significantur.
Quod obseruandum dixi, si Pax, aut
vis alia res lavdanda sit; idem prorsùs
endum moneo, si Bellum, aliudve quid-
libet

libet sit vituperandū. At amabò, quàm m
ta censes ab hoc Indice tibi subminis
tum iri Argumenta? vix credas, nisi id o
lis vsurpes tuis, & tangas manu. Sit er
Exempli gratia, lavdanda.

VIRGINITAS.

Lavdum Iliadem, & rationum sylvam s
peditabit Index suprascriptus, singula
vocabula excutere si noris, hoc pacto.

Per adiectiua laudis.

ADMIRABILIS Virginitate, quid ad
mirabilius, quæ hominem Angelo simillim
reddit? quæ medijs in flammis illibatas
var ab igne nives, &c.

AMABILIS. Virginitatis propria hæc
est; vt enim nulla pulchrior, ita nec am
lior vlla est virtus. Hujus amore, pellec
in terras ipse Devs est, in Virginis grem

ARGENTEVS. Sordet Argenti nitor,
obscurus ejus est candor, hunc si Virgi
candori conferas, adeo blandé fulget, pr
sè radiat, amabiliter adblanditur.

AVREVS. Quod in metallis Avrum,
inter virtutes Virginitas: eas enim splend
vincit, prætio superat, decore antecell

Per Substantiua Laudis.

ADAMAS. Si Gemmæ sunt virtutes, q
bus æternæ gloriæ diadema texitur; an
Virginitatem, omnium longé præclarissim
illarum reginam, & quasi Adamantem
dices?

AGNVS. Agnum illum cœlestem sine
cula, sequuntur Virgines, quocunque ie
ad eiusque nuptias, & amplexum, eas p
cipuè vocari, quis ignorat?

ARA. Cor nostrum Ara est, odoribus i
ter fragrans thure suavioribus, divini
amoris igne semper ardens, modò hunc I
sacrum custodiat. Vestalis Virginitas.

ASTRVM. Sublime á terra est, & c
proximum, lucidissimum, incorruptum,
la temeratum nvbecula: Quid virgin
similius?

BSCONDITVS. Veré Thesavrus est, hęc us, in agro humani corporis absconditus: serŭemus ergè pari cura, qua thesavrus :. O si parerent bona, quæ abscondit ;initas in casto sinu?

BVNDANS. Abundat Virgo, omnium ia bonorum cœlestium, perennibus abungavdijs, delitijs abundat sempiternis.

DVERSARIVS. Qui Adversarius Virgitis est, eum pariter necesse est, adver-ım esse rationis, virtutis hostem, hone-s inimicum, &c.

lternus. Voluntates æternas, liquidas, urissimas, hæc virtus percipit: quòd tur-averletur, obscœnos respuat vanas con-nat, fluxas, & caducas aspernetur.

Per Substantiua Communia.

RBOR. Fœlix Arbor, ac ferax, Virgi-, in Paradiso Dei consita, quàm suavis is flores effundit! quàm nectareos, quàm rosos, egregijque saporis fructus pro-!

IS. Hac Arte mirabili, quæ non fiunt icula! E spinis lilia leguntur; Nives in durant; A corrupta radice, incorrupti tus progerminant.

RX. Hanc arcem, quàm multi, quàm ces, quàm importuni, & scelerati hostes lent! ea expugnata, conclamatum est. tti potest, recuperari nunquam potest.

VLA. Avla Cœlestis est, hominis Ani-, religionis lavde præstantis: sed hanc m Virginitas, pretiosissimo meritorum ratu adornat.

is ita explicatis, hoc iam restat, vt ea, qua tiexo, attendas, consideresque diligenter.

Noluisse me totum lustrare Indicem, l perfacile fuisset; verùm ex hac parti-, cujus judicandum relinquere, quàm negotio, reliqua nomina, eidem argu-to attribui possint: simulque doceve, qua ne id fieri oporteat.

. Noluisse quoque, ex Adiectiuis illis, & Sub-

Substantiuis, ea seligere, quæ Virgini magis propria videntur, qualia essent i Adiectiua, *Clarus, Constans, Fortis, Glori Nobilis, Ornatus, Pius, Pulcher, Rarus, S Vtilis*; & alia plurima: Et inter substan *Cor, Crystallus, Decus, Flos, Lux, Ros*, & reliqua omnia, quæ annotaui: sed ea primo occurrerunt: vt hinc.

III. Advertas, si Nomina illa, à me s pta, tametsi disparata pleraque videan nec multum argumento suscepto congr non tamen inutilia fuere, quid de alijs c venientioribus cogitandum sit.

IV. Neque mihi fuisse consilium, aff omnia, quæ de quaternis illis Nomini Virginitati attributis dici potuissent: sed dicare tantùm obiter, & quasi quoddam s cimen inspiciendum exhibere, quo pa præscripto Indice Tyrones vti debeant. N hoc nomen, verbi gratia, *Admirabilis*, n vni tantùm lineæ, sed paginis implendis m teriam sufficeret, si res, & locus postula Idem de cæteris dico.

V. Accipere posse, vt Nomina *illa om* convenire nequeant, cuivis argumento, i seligenda esse aptiora. Monui avtem iam tea, Nomina Vituperij, per contrarior oppositionem, magno vsui esse posse, lavdem, & vicissim Nomina Lavdis, ad vi perationem rei cujuslibet.

VI. Præfatum Indicem, adiumento non Tyronibus tantùm, sed etiam periti bus: His quidem, longè vtilissimum, vt lectione, & vsu, magnam eruditionis su lectilem collegerunt, ipso Indice, ceu c depromendam: Illis avtem non vtilem dó, sed necessarium: quia etsi nondum comparare potuerint, illam rerum copi multa tamen suggerentur, inter recense illa Nomina, quæ alioqui nunquã, avt c non fine magno labore, ipsis obiecta ess

VII. Deniquè, quod in hoc, de Vir tate, argumento feci: in alia quavis mat posse præstari. Sed de his, satis.

TE

§. III.

TERTIUS MODUS INVENIENDI ARGUMENTA.

X IIS QVÆ CADVNT SVB OCVLOS.

Antò, Tertius iste Modus facilior est quā secundus, quantò secundus facilior, m primus est: neque enim hic Indice avt noria opus, sed solùm oculis. Ergó age, poris, ac mentis oculos modò aperi, & lum istum percepisti. Ac

rimo, revoca in memoriam, quæ proxide secūdo Modo diximus: videlicet, quæq. in quæstionem venire possunt, reduci e ad duo capita, vel ad *Laudem*, (qua votam iucundum, & vtile, quam honestū ligo, quidquid enim vtilitatem parit, oluptatem honestam, lavdem meretur omine) vel ad *Vituperium*, quo pariter bulo, omnia quæ molestiam, avt damquodpiam afferunt, comprehendo.

ecundò. Id vbi adverteris, vbicunque rum eris, circunfer oculos, & quęcūq. pectui obijcient, considera. Sic enim to, nihil eorum fore, modò intendas er animi aciem, nec quod ajunt, vigidormias: nihil inquam, fermé eorum, quæ intueberis, ex quo argumentum icere statim non possis, sine vlla prorsùs inere mentis.

ertiò. Restat solummodò, Exemplum afferam, quo fiat, quod dico, merii luce clarius. Lavdanda sit DOCTRI simulq. vituperanda IGNORANTIA d de *Doctrina* dicam, idem de quavis re ibili, & quod de *Ignorantia*, id ipsum de qualibet re, dictum puta.) Ac iam refe. Hoc domi, an iure? Domi sum. Quid mo cerni? Cerno *Gradus*, *Ianuam*, *Men-Abacum*, *Aulam*, *Sedilia*, *Lectum*, *Ta-*

bulas

buias, Candelabra, Speculum Fenestras. Vis omnibus his, argumenta petere, tum Doctrinæ laudem, tùm ad vituperatio Ignorantiæ? Singulorum vsum, & fi attendere, eaq; ad tuum institutum acco da, in hunc ferè modum.

GRADVS. *Doctrina* opera, quibusdã g gradibus ad culmen honoris, ad gloria stigium pervenitur. *Ignorantia*, suos et habet gradus quibus deuolvitur homo ad fimam conditionem mortalium.

IANVA. *Doctrina*, virtuti Ianuã patefa *Ignorantia*, vitijs omnibus Aditum præbet

MENSA. *Doctrina*, Mensam instruit gnitione rerum præclarissimarum, qu tanquam cibis exquisitissimis, animus r citur. *Ignorantia* verò, ceu fame acerbissi laborat humana mens.

ABACVS. *Doctrina*, instar Abaci aur gentoq; cælato ornati, ornamentum ho nis est præcipuum; Doctrinæ siquidem nescio in illius mente, prætiosa sententi vasa resplẽdent, &c. At *Ignorans* vilis, pav inhonoratus, & abiectus est, &c.

AVLÆA *Doctrina* velut Avlei sumptu magnificisq; peristromatis, vestitur, & coratur animus; qui per *Ignorantiam*, nudus paries, & inornatus, deformatu contemnitur.

SEDILIA. *Doctrina* ope, sedet homo sut in solio Iudex, ac Rex, de rebus o bus sententiam ferens, *Ignarus*, humi ia nec erigere se potest, ac belluarum in rem, pronus in terram, in cœno vitio sæpè se volutat.

LECTVS. *Doctrina* Lectus est, in suaviter quiescit animus; cujus quietis pers, *Ignarus* est.

TABVLÆ, seu IMAGINES. *Doctrina* ctura est, omnia menti, summa cum v ptate repræsentans: ejus Imaginibus gnitur, & illustratur animus. Hoc orn namento caret *Ignorans*.

CANDELABRA. *Doctrinà*, eruditum,

tip

ılicemq;parit lucem, idemque præstat in
viræ tenebris, quod noctu Candelabra
;enrea,cereis instructa lucentibus.*Ignorans*,
petua est caligine circunfusus.
SPECVLVM. *Doctrina* in Speculo quęcun-
e obijciuntur menti nostræ, tám quæ á
nte, quàm quæ á tergo sunt, hoc est fu.
a iuxtá, ac præterita, clarissimè cerni-
ıs; nosque quod caput est, eiusdem be-
ficio cognoscimus, & contemplamur.*Igno-*
s, ne illa quidem videt, quæ vsurpat ocu-
, nihilq; minùs novit seipsum.
FENESTRA. *Doctrina* menti est, quod æ-
bus Fenestræ: per illam non secùs, ac per
as, illuminantur interiora, & exteriora
ospiciuntur. *Ignorans*, foris, ac domi, talpa
t. *Sic de alijs philosophari licebit, si lubeat.*
Egrediamur iam domo, & Ruspetamus.
ircunspice item, quæ obuersantur oculis.
uid vides? *Cœlum* video, ac *Solem*, *Montes*
toque, *Campos*, *Vias*, *Prata*, *Arbores*, *Flores*,
ntem,*Fluuium*,*Segetes*, *Feras Aues*. Vis adhuc,
his rebus, rationes varias invenire? Inve-
ga singularum naturam, qualitates, effe-
a; usum, finem; statimque non pauca tibi
gumenta suggerent in hunc ferè modum.
COELVM. *Doctrina* illustratur hominis
nimus, vt syderibus Cœlum. *Ignorantia*,
ras menti nubes obducit.
SOL; *Doctrina* hoc mentibus est,quod Sol
t oculis: utque mundus, inter aspectabi-
a vilæ, ac mentis expertia, nihil habet
ole, siue ad speciem clariùs, siue ad digni-
atem præstantius, siue ad vtilitatem melius;
c inter vniversa quæcunque non modò sub
culos, sed etiam sub cogitationem cadunt,
btinet Doctrina principatum. *Ignorantis* ani-
us, mundus est sine Sole, ac lucis expers.
MONS. *Doctrina* opera, assurgit homo su-
ra id omne quod caducum, & obnoxium est
mpestatum, & fortunæ iniurijs, indeque,
nquam ò specula, cuncta securus despicit,
c. quantùm autem planities, & valles in-
mas, excelsissimi Montes supereminent;tan-

tùm Eruditi, *Indoctos* antecellunt.

AGER. *Doctrinà*, Ager eſt, virtutum o[m]nis generis fundens fruges, ſi ſapienter c[o]colatur. *Ignorantis* animus, nihil niſi carduo[s] noxiaſq; plantas effert.

VIA. *Doctrina*, ad immortalitatem no[mi]nis, certiſſima, & compendiaria via eſt. *Ig[no]rantia* verò, ad ærumnas, ad dedecus Via[m] ſternit.

PRATVM *Doctrina*, inſtar Prati, quod he[r]beſcenti viriditate amæniſſimè conveſtitum floribuſque diſtinctum varij coloris, mirifi[cè] paſcit oculos; multiplici rerum intellige[n]tia, paſcit mentem. Quid ſimile ab *Ignora[n]tia* expectari poteſt?

ARBOR. *Doctrina*, quàm ferax, qu[àm] felix Arbor? quales, quantoſque parit fru[]ctus; ſed quám multos? quis enumeret? *Igno[]rantis* animus, infelix, ſterilis, quid, oro producit?

FLORES. *Doctrina* flores, quàm ſuave[m] exhalant exiſtimationis odorem! quàm om[]nibus iucundi, ac mirabiles accidunt! Nihi[l] Floribus babet natura pulchrius; nihil hab[et] homo, Doctrina præclarius. *Ignorantia* no[n] Floribus, ſed vepribus abundat.

FONS *Doctrina*, Fontis inſtar limpidiſſi[]mi, ſedat gloriæ ſitim, lavdis ardorem tem[]perat, leni vndarum fluxu mentem rigat contra, quod Hortus ſine Fonte, hoc An[i]mus eſt, *ſine ſcientia*.

FLVMEN. *Doctrina* laude, homo circu[m]fluens, tanquam piſcoſiſſimum Flumen, p[a]tienſque navigiorum, quantis, quæſo, redu[n]dat commodis! quàm varias in omnem vi[tæ] partem, utilitates inuenit! quám multiplic[i] opportunitatum fluctus euoluit. *Ignoranti[a]* & quodvis vitium, ſi Flumina dicenda ſu[nt] exundat extra rationis alueum, officij[que] ripas; innumeraſque ſtrages importat.

SEGETES, *Doctrina*, auream laudum S[e]getem profundit. *Ignorantia*, in ſylvam di[]rum veprium inſana fertilitate luxuriat.

FERÆ, *Doctrina* mitigat ferociam; ni[l] huma-

ianius homine Docto: *Ignorante*, nihil agre-
, nihil quod Ferinos mores magis re-
eat.
VES. *Doctrina*, ſubnixa pennis noſtra
ns, nubes ſupervolat, tranſcendit aſtra,
los peruadit: *Tolle Doctrinam*; alias incidi-
repat neceſſe eſt, more, ſerpentium.
Quid multis; nihil fermé occurret oculis,
quo, ſi non omnino plumbeum ingenium
i eſt, non aliquid eruas, ad id amplifican-
m, quod pertractas. Erit avtem exercita-
non inutilis, nec iniucunda, inter ambu-
dum, ſubinde ex obuijs rebus, argumen-
, ad hoc exemplum, trahere quibus ſen-
tiam, quàm tibi in hunc finem propoſue-
, illuſtres, & amplifices.

CAPVT II.

Ars tractandi, illuſtrandi Argumenta, & Rationes inuentas.

NEquaquam ſatis eſt, inquit Tullius in-
uenire quid dicas, niſi id inuentum tra-
are poſſis. Hoc nunc explicemus vltimum;
m inueniendi argumenta, & rationes, quæ
nt Amplificationis materia, hactenus edo-
ui, quantum in me fuit; ſupereſt igitur, vt
tem tractandi argumenta illa, quæ inveni-
i, tibi non tàm præceptis, quàm Exemplis
plicem. Illud certè in hac diſciplina, in
ià verſamur, præcipuum, ac ſummum eſt.
Quid verò, illud eſt, quod hic quærimus?
quo ſita eſt Ars hęc tractandi Argumenta?
eo vtique, vt quam rationem, Rhetorices
narus, ac rudis, inornaté, & incultè pro-
rt; tu mi Candidate, eleganter, politè, il-
minatè, ſplendidè, luculenter efferas.
In qua conſiſtit, inquies orationis ille ſplē-
or, & elegantia? verbo dicam; in vſu Fi-
urarum; quem vſum ſpero te percepturum
aud difficiliter, ſi quæ ſequuntur, accura-

tè legere, & perpendere.

Porrò, vt triplicem explicui Modum i veniendi Argumenta, triplicem quoque e dem Argumenta tractanti, exornandi Mo aperiam, Primus erit, *per Figuras insignior* Secundus, *per omnes Casus*. Tertius, *per om Tempora*. De Primo, illud haud ex vano d cere possum, nihil esse in hoc opusculo to vel melius, vel vtilius: nec dubito, quin q vis tyro, ingenio quantumuis mediocri, pe lectis diligenter perceptisque ijs, quæ Mo dus ille continet, non possit quamlibet se tentiam, ornatè varijs modis explicare. D duobus modis vltimis, vt non inficior, min ta illa esse quæ afferam, neque ijs quæ p mus habet, æquiparanda; ita non inutil fore novitijs arbitror, non contemnentur.

---

§. I.

PRIMVS MODVS

TRACTANDI ARGVMENTA

PER FIGVRAS ILLVSTRIORES.

AD *Exemplum, hanc vnicam tractare placet atque illustrare sententiam.*

PECCATVM FVGIENDVM EST, QVIA INNVMERAS IN HAC VITA POENA AFFERT, ET ÆTERNAS IN ALTERA

Accipe quàm multipliciter, Rhetoricæ beneficio ex primi posit illa Propositio.

1. *Simpliciter, ac sine Exornatione*:

Peccatum insectari debemus immorta odio, & vel ipsius vmbram exhorrescere; pr pterea quòd innumeras in hac vita parit æri nas, & in altera, cruciatus afferre solet sen piternos.

2. *Per*

2. *Per Interrogationem simplicem.*
Quid peccato detestabilius? quid magis t abominandum? Nonne illud est, quod oloribus in hac vita corpus, angoribusque entem efficit, æternoq; post mortem suplicio vtrumque implacabiliter excarnificam discruciat.

3. *Per Interrogationem obiurgatoriam.*
Quid agis, amens? Quid moliris scelera:? Quid est, quòd tot flagitijs corpus aniumque contaminas? An nescis, innumerales à peccato miserias inuehi? An ignoras, lam vnam originem esse malorum omniũ?

4. *Per Interrogationem ab exemplis.*
Quis te, ò Beatarum Mentium Dux quonam, Princepsque Lucifer; Quis inquam te, ià cum tuis asseclis ab altissima cœli regio-, precipitem egit in tartarum; Dic tu morlium mortisque Parens infortunatissime; uis te à felicissima supremaque vitæ conitione, in infimam deturbavit? Nonne pecitum est.

5. *Per Apostrophen, ad ipsum Peccatum.*
O Peccatum exitiosum! o maximum vniamque malum; cum fœdum adeò turpeq; s, cur te non auersamur? Cùm summam, ternamque nobis perniciem crees, quambrem te admittimus?

6. *Per Apostrophen, ad Peccantes generatim.*
O cæci, o inconsideratissimi, o dementiores pecudibus homines, qui tam levi de cautoties, tamq; immania scelera patratis? uid? vosne latet, quàm horrenda vos pœa maneat, quantam malorum vim, in verum caput accusaris?

7. *Per Apostrophen, ad Peccantes, speciatim.*
Quàm verè, sapienterque dici solet, ignoantem esse quicunque peccat; nescire illũ, uid agat, quibus se malis implicet; Ita est

profectò : Nescis Impure, nescis quó tua t
nefaria libido rapiat : Nescis, Avare nesci
quos ad scopulos te alisura sit cupiditas op
Ignoras, Hælluo, quam tem inchary bdi
infortuniorum immergas : Ignoras, hom
Vanissime, prææltis, verticibus, præcipiti
esse proxima, & in altum plerosque tolli
quo lapsu fœdiore ruant.

8. *Per Apostrophen, & Deprecationem ad Deum*
Te Devs, Optime Maxime, per infinita
tuam illam in humanum genus benignitatem
oro, obsecroque, immeritis licet, venia
tribue : Excecat miseros dementia, furor
potestate mentis deijcit, abripiuntur æstu cu
piditatum, peccati gravitatem minimè sen
tiunt, nec quàm fœdis se maculis infician
vident; nec quàm impie divinum tuum nu
men offendant, aduertunt satis; nec quá
horrendis se pœnis obstringant, insani cogita

9. *Per Apostrophen, & imprecationem, ad Deu*
O Sancte Devs, aspernantur impij tu
Numen, tua sacra contemnunt, religione
violant. Quô vsque tantum impudentiam
malitiamque patiere? Quô vsque abutent
scelesti patientia tua? Quin pœnas matu
reposcis, tot flagitijs debitas? Levia ducu
quæ in hac vita tolerant; morte atroci pl
ecte perditos, æternis obrue catenis, rebelle
sempiternis consceleratos supplicijs mulct

10. *Per Communicationem.*
Si imminentem à tergo carnificem vide
stricto ferro, manuque iam elata paratur
tibi ceruices amputare, simul, uc esset qu
piam contra honesti leges, á te commissu
quid ageres tum? quidquamne tale per
trare? Atqui cùm immineat tibi ęterna mo
magnis te quotidie criminibus inquinas.

11. *Per Exclamationem.*
O amentiam mortalium! o stultitiam in
dibilem, omnium lachrymis, gemitibus
de

eplorandam ! Turpem momenti voluptem dolor excipit nunquam finiendus : hoc li sciunt,hoc fatentur, hoc prædicāt,& pecant, tamen, & flagitia flagitijs cumulant.

12. *Per Præteritionem.*

Vt te à peccando deterream ; non hic ego ala enumerabo omnia , quæ culpam consequuntur : quis enim illa, vel cogitatione recenseat ; Silebo dolores corporis , angores ientis , terrores stimulosque conscientiæ , avdumque cruciatus . hæc inquam preteri- mala omnia , quòd tametsi gravissima , finem habitura sint aliquando . Æterna solùm ferorum supplicia commemorabo , quibus rqueberis indesinenter , nisi resipicias.

13. *Per Hipotyposin malorum hujus vitæ.*

Enumera, si potes partem malorum miniam , quæ parit Peccatum : Cerne ardentes llo regiones ; hæc excitavit Peccatum inndia: Vide exhaustas regiones incolis,quas abfumpsit ; hanc induxit lvem peccatū. spice lamentabili strage depastos vrbium ves , quos intestina odia, in mutuam pernicem armarunt ; hæc odia movit Peccatum : ituere quantis morborum cruciamentis , ot ærumnis obruitur hominum genus:hæc mna omnia Peccatum invehit .

14 *Per Hipotyposin malarum alterius vitæ.*

Non te movent , ærumnarum fluctus imanes , in consceleratorum caput redundans , dum hujus adhuc fruuntur vsura lucis : escende cogitatione in tartarum : Cerne nes illos , rotas illas , & verbera : cerne ragines præaltas , & sine fundo fossas,meitim exhalantes intolerabilem, sulphureā. e flammam atro mistam fumo, horribiliter omentes : Aspice ut laniantur isti , ut torturalij , ut discerpuntur illi, ut omnes inedibiliter cruciantur . Peccatum est, quod tis illos tormentis addixit .

15. *Per Subiectionem, ab Effectis*

Si nondum te, tartarij hujusce monstri fœditas terret, at saltem exhorresce, quæ mala progignit. Quid enim turbas movet, seditiones excitat, bella generat? nonne peccatum? Quid dolores infert? quid mentis ægritudines, quid morbos, quid cruciatus quid cædes innumeras, nonne peccatum Quid naufragia navigantibus, quid pestilentiam vrbibus, quid agris vastitatem, quid rebus extremam perniciem, quid mortalibus denique omnibus, mortem sempiternam erumnisq. plenam importat? annon mentiar nisi peccatum esse dixero?

16. *Per subiectionem ab Adiunctis.*

Quó te ages, infelix, post conceptum, patratumque facinus? quó te recipies, ut fugias sequentem pœnam? quem in locum te abdes, quò furiæ ardentibus tædis armatæ te non insectentur? non agitent? Discedes in dissertissimas solitudines? te tibi lancinabis acerbiùs, scelerum tuorum conscientia: Venies in publicum? ardebunt in te odia omnium bonorũ. Quẽ appellabis, qui propulset à tuo capite, imminentem pestem? Amicos? improborum amicus nemo, nisi improbus: Affines? quos dedecorasti: Propinquos? quibus labem aspersisti: Parentes? quos affecisti maculis æternæ infamiæ? Ad bonos, beatosq. Genios te convertes? exhorrent tuum conspectum: Ad ipsum Devm? quem offendisti: qui pœnas brevi à te infinitas repetet.

17. *Per subiectionem, à Definitione.*

Quod malum? quod morbi genus? quæ calamitas? quod infortunium esse potest quod non efficiat á peccato? Plagas times? Terror est: lacerationes formidas? Ferrum est: incendia metuis? Flamma est: naufragia pertimescis? Pelagus est semper exæstuans: Vitam amas? ah! Mors est infelicium summa: Exitium extremum, terribilis ini-nus est.

18. *Per Prosopopœiam.*

Dictis meis fidem non adhibes? Avdi quid
ciferentur homines illi, quos, vel in hac
ita, conscientia malefactorum divexat, vel
ui supplicijs nunquā terminandis torquen-
ir in altera. Peccata sunt; inquiunt, à no-
is commissa, quæ nos excruciant; hæ sūt
iriæ, quæ nos quiescere non sinunt; hi car-
ifices, qui nos dies noctesque dilaniant;
æ flammæ, quibus vrimur, hi stimuli, qui-
us fodicamur, hæc verbera, quibus lace-
imus; hæ rotæ, quibus miserabilem in
odum distrahimur.

19. *Per Antithesex.*

Exultas, miser, exiliisque præ gavdio,
el dum te sceleribus obstringis; vinctus es,
: triumphum agis; conceptam in præcor-
js mortem contines, & sectaris vitæ deli-
is, paratur tibi mala crux, & rides; im-
ndet capiti suprema calamitas, nec move-
; discedit tuos ante pedes terra horrendo
ttu, & in barathrū lætus insilis. O cęcitatē!

20. *Per Antitheses, à Comparatione.*

Age scelerate, age facinorose, confer vo-
ptatem quàm peccando percipis, cum do-
re, quem patrato scelere havris: Evanescit
a puncto temporis, iste diuturnas, & nisi
iam emendes, sempiternus futurus est. Il-
, vnam solummodo exterioremque corpo-
s partem, fallaci titillatione demulcet; hic
imas ossium medullas permeat: denique
: illa foris; hic totum pervadit hominem,
corpus torquet modo, sed animum angit
tibiis, æternumque cruciat:

21. *Per Concessionem.*

isto sit ita, vt dicis, insint flagitijs illece-
, quæ blandè animum, & corpus devin-
it: At catenarum, quibus vtrumque op-
mit, nonne gravitatem sentis? Oscula quę
it scelerata voluptas, delicata sunt, mol-

liaque fateor: At, quos simul infigit vngu
quæ vulnera infligit, eane tu grata, e
suavia esse dices? Non iniucundé canunt S
renes fraudulente; ita est: At, quàm c
deliter á cantu sæviant, nonquid adverris

22. *Per Distributionem.*

Illecebrosum quidem est peccatum, ad v
luptatem; sed crudelissimum est ad pœna
execrandum ad ignominiam, turpissimum
fœditatem, formidabilem ad terrorem,
tollerabile ad patientiam, æternum ad d
turnitatem. Et deinde illud in se admitte
quis avdeat? eo delectari? in illo viver
cum illo mori.

23. *Per Distributionem, per Increpationem.*


Mortalium nequissimi, ecquando facie
peccandi finem? nullumne statuetis impr
bissimæ libidini modum? Nullané vos turp
tudinum satietas capiet? Ecquæ vos ratio
insania, aut ab impudicitia pudor, aut ab e
frænata licentia timor, aut à scelere piet
aut á dedecore honestas revocabit? *Nulla*
unquam libido á vestro corpore, nullané v
à manibus, nullumnè flagitium, à turpissim
sceleratissimisque factis aberit vnquam?

24. *Per Dubitationem, & Gradationem.*

Quo te nomine appellem? Noxa exitiab
lis? Morbum? morbis omnibus acerbiores
Pestem? te nulla pestis terrior, ac præse
tior: Incendium? aliquid es perniciosius
Feram immanem? immanior existis: Dep
pulationem? quænam tecum depopulat
conferatur? Voraginem horrendam, imme
saque? leve est: Mortem calamitosissimam
parum est illud quoque: An illa simul omn
te esse dicam; nec satis illud erit etiam: S
enim hæc simul omnia in vnum mala confl
ant, corpori duntaxat perniciem inferunt: T
grassaris in animum. Et quamvis ad anim
illa pervenirent, finem tamen haberent al
quando, Tu nullum cruciandi finem facis.

25

5. *Per Gradationem, & Interrogationem.*
'binam tandem aliquando subsistes. Culpa
:ilens? quò demùm in gradu malorum hę-
is? Dolore corpus conficis: annon id sa-
est; non est satis. Caliginem effundis
nti, labefactas iudicij vim, frangis inge-
vires, hebetasque aciem; de statu naturę
um hominem deijcis; quò vltrá serpes?
am mortem affers teterrimam, scio, ac
eo: At, sit mors saltem malorum postre-
m: non erit? vltra mortem quoque, Pec-
um, immortale malum desæviet.



26. *Per Ironiam.*
Immitis, iniuriusque sum, qui innocen-
imorum hominum delitijs officiam; qui
portuna oratione, voluptates turbem li-
idas, quibus se immersere. Sinamus eos
r otium frui conquisitis tanto labore com-
idis? oblectent se vino, stupris ganeis, cę-
ius, rapinis. Vos oblectate, per me licet
licatula capita; voluptate vos in cœno li-
linum, obsequimini genio, indulgete cu-
litati: Nihil inde mali timendum vobis
: hujus vitæ voluptas, æternum est pari-
ra gaudium: præsentes delicias, excipiet
icitas nullis temporum limitibus termi-
nda; spem bonam habere.

27. *Per Expoliationem à simili.*
Videtè stultitiam peccantium; vt cariùs
leriùsque pereant, suis sibi sumptibus acer-
nt malorum vltimum venenum, misceut,
luuntque proprio sanguine? poculaq; inave-
nt, quò amabiliùs, auidiusque exsorbeant
ortem: Domos ipsimet suas suffodiunt,
ibus obruautur; pyras extruunt, in qui-
is ardeant; nectunt laqueos queis se intre-
nant; momentaneas occupātur voluptates,
semper duraturis doloribus crucientur.

28. *Per Synonyma, à Dissimili.*
Quis satis miretur, inconsiderantiamne

 di-

dicam nostram, an dementiam? qui ob i
ne lucrum rei levissime, nulliusque pre
curis vigilijsque atterimus vitam; qui
xam voluptatem, multorum eminus an
rum labore; vnumque diem, vt viuere b
tos liceat, totam consumimus ærumnis æ
tem. Vt verò æterna devitemus damna,
immortale fugiamus dedecus, ne à pecc
do quidem abstinemus.

29. *Per Deprecationem.*

Quó, quò ruitis infelices? Ah! per sal
vestram precor, absistite. Prærupta, lub
caque in crepidine versammi, præalti pr
cepitij: quid occlusis luminibus, impetu
malesano, præcepites itis? Aperite, oro
atque obtestor, per quicquid vobis charu
est, aperite oculos ac circunspicite tantispe
quàm horribilia vos mala circumstent.

30. *Per Cohortationem.*

Detestamini ergò, Adolescentes, abho
rere, morte pejus, & inferno, culpam om
nem: occasiones peccandi declinate, om
animi solertia, omni contentione meatis,
virium. Id vnum spectent cogitationes v
stræ omnes, ut præstetis vos immunes à n
xa, ut deuitetis delicta, qualibet, ut pura
ab omni labe vitam, illibatamque traduc
tis, cùm obscurum iam vobis esse non possi
innumerabiles ærumnas, æternaque mal
peccantibus impendere.

Plura dicere in hanc sententiam, haud est nec
se: satis enim iam opinor, intelligis, quid fa
deinceps possis, ac debeas, quoties sententia
quadam amplificanda proponetur; quam vario
mirum stylo, ac forma, quàm eleganti Figur
contextu, illustrare illam oporteat. Priusquam
men, a Præceptis, ad Exempla transeo; haud in
tile, credo, fuerit, subnectare hoc loco, Ration
alteram dilatandæ sententia, per omnes casus.

II.

§. II.

ALTER MODVS

XPLICANDÆ SENTENTIÆ,

PER OMNES CASVS.

Minuta est, vt dixi iam, non tamen spernenda hac dilatandi Ratio, cum scilicet, per om- s Casus, circunfertur vox illa, quæ propositionis ateria est. Vnum sufficiet Exemplum breuissimum l rem declarandam.

Sit hac explicanda propositio.

MODESTIA, AMABILISSIMA VIRTVS EST.

Sic à singulis Casibus, illam Exponam.

Nominatiuus. Modestia, virtutum omnium ngé pulcherrima præclarissimaque, tot fulet radijs, tot veneribus ad blanditur, nihil amabilius fingi queat.

Genitiuus. Modestiæ tam gratus, ac suais est decor, tam augusta, blandaque species; vt sensus omnis expertem, ac rationis um esse necesse sit, qui ejus amore non rdeat.

Datiuus. Modestie vni conueniunt vniuer- , quæ singulis commendant virtutes; sic, ex omnibus alijs, vna illa virtus facta fi- aque esse videatur.

Accusatiuus. Modestiam, tot dotes comendant eximiæ, vt mortalium fœdissimus, dementissimus sit habendus, qui eam non oluerit, non amarit.

Vocatiuus. O modestia, o virtus cœlo pu- or, Sole micantior? Quis te, vel de sola fa- e novit, tuique desiderio non incenditur.

Ablatiuus. A Modestia, omnis honesti de- effloręscit omnis decoris flos emanat, pur- simæque flammæ fulgor omnis exoritur.

Quis

A PRÆSENTI TEMPORE.

ix animo, intimoque sensu, te mihi cha-
me Amice, diligo ut oculos meos, aut si
d oculis charius est. Scio quidem amari
multis, (quæ tua est, de omnibus benè
rendi facilitas) omnes tamen in amore
co, neminique potiùs concedo. Quia
ò perpetua quasi catena beneficiorū, ama-
que nexu, me tibi obligatum esse profi-
r; tuæ in me beneuolentiæ respondeo vi-
im, quantum in me est; tua causa cupio,
ntum parentis mei causa volo, meæque
æ, ac cogitationes ad te referuntur om-
, & in te, tuisque rebus consumuntur.

Imperfectum.

ḟrant mihi olim multi in intimis, arctissi-
nexu deuincti; familiaritatem fovebat il-
studiorum similitudo, necessitudoq; mu-
officijs constituta: fateor amabamus in-
nos vehementer, amicitiæ vinculo ita co-
ari, nihil vt coniunctius esse posset.

Perfectum.

At postquam ab ijs me fortuna distraxit,
hique fecit ut copiam; laxari sensim ani-
duerti, veteris illius amicitiæ vinculum,
euit e memoria, illorum olim familiari
scas imagines, imago tui; præteritam
curauit beneuolentiam, præsentiæ tuæ
endor illustrissimus, non secus, ac exo-
nte Sole, Stellarum fulgor evanescit: non
od contempserim, quod alias amore di-
m judicaui; sed quod, quæcumque spar-
n singulos amaveram, collecta, in te vno,
demiratus vniuersa.

Plusquam Perfectum.

it verò, multa quidem, ac præclara de
fama, & avditione acceperam; avdie-
ex ijs, quibus familiariter vtebaris, te
ibus naturæ donis exornatum adeo libe-
ter fuisse, vt nemo esse putaretur, qui
tecum

tecum vllo modo componi posset : sed vi- esse, longeque superatam cognoui, cum primùm vidi, opinionem illam, quam de concitaras, egoque conceperam : itaque flammari non me sensi studio tui iam præ- tis, quem vel absentem, incognitumq mirè dilexeram, nulla vt deinceps ad a- rem meum accessio fieri posse videatur.

Futurum.

Quare hærebis tu mihi semper in medu- lis, angulari te in perpetuum beneuolen complectar, nullum in te colendo, at honestando locum, aut tempus, nullum dij, & obseruantiæ genus pretermittam: tua dignitate omnem meam curam, ind- striamque figam, & locabo, omnem spe ad honorem tuum, omnem diligentiam co- feram, summique beneficij loco ponam, qua iure tibi gratificari potero.

Imperatiuus.

Impera proinde; quæ tibi grata videbu- tur; quæ tuo animo arriserint, sine vlla ex- ceptione manda: tua mihi voluntas, lex er atque norma. Quidvis præcipe, quidvis fiam: Iube, ad remotissimas eam mun- plagas, ibo: jube, me tua causa spolie bonis omnibus, spoliabo; jube profunda pro te sanguinem.

Optatiuus.

O vtinam talem ex me requitas amo notam, vt fundendus mihi sit pro te sangu vt eam illustri significatione, prospicuum esse possit, meum erga te studium, ò si ad honorifica se mihi daret occasio, tibi a- riendi animum meum! quàm me felice fortunatumque judicarem!

Subiunctiui Præsens.

Nam quid est, quod tui gratia non su- piam? non exequar? non exhauriam, c mihi ipse sis æquè charus, atq; ego ipse

hi

ſſe poſſum ? Quid eſſe queat tam arduũ, ıque difficile, quod te jubente non aggdiar, conſtantiſſimeq; conficiam ?.

Imperfectum.

Currerem, ſi juberes ad deſertiſſimas ororas, vaſtiſſima obirem aquarum, terumq; ſpatia, excelſiſſimarum rupium juſuperarem, labores acerbiſſimos quoſq; ı pertimeſcerem, diſcrimina omnia imterritus ſubirem, ipſam denique mortem a reformidarem; neque verere vllo ıdo, me ut quiſquam, vel obſequendi ſtu-, vel obtēperandi celeritate antecederet.

Perfectum.

iſto fuerint, qui ob amicos multa cupiet, multa fecerint, multa pertulerint; illon nomina, venerata ſit antiquitas, ipſoeque fidem, atq; conſtantiam, eximijs tetam, expreſſamq; monumentis tranſmiſerit conſequentes annos ſuſpiciendam poſteris

Plusquam Perfectum.

Audebo dicere, conceſſiſſent mihi profectò omnes, ſi animum perſpicere meum poiſſent, amoris palmam; ſeque gloriosè ſtos à me, vel abnuiſſent.

Futurum.

Quid ita? quia ſic ego in te animatus ſum, poſtquam meæ erga te benevolentiæ tendæ cauſa perfecero, quidquid illi, amoſcilicet incitati vehementiſsimo, pro ſuis icis præſtitere, aut præſtare conati ſunt, nil me feciſſe tamen putaturus ſim, quanı aduertero, ſupereſſe adhuc quidpiam, od tui gratia nauare poſsim.

Infinitus.

ta eſt; tametſi vires omnes meas, in te ıando conſumam, meq; continenti labore am, atque conficiam; vix vllam tuorum ritorum partem, aſſecutum me eſſe creı, neque putabo vnquam, meo me ſatis ſſe, vel amori, vel muneri.

PARS

PARS III.

AMPLIFICATIONVM

EXEMPLA.

A Varijs RHETORICAE LOCI AC FIGVRIS.



RÆTER eas *Amplificati quas habes in* Progymnasm *Figuris,* (*quos enim* Figu *illustriorum, qua* Sententia *dicuntur, Exempla dedi, ea A plificationum Exempla sun*) *cet hoc loco proferre non pauc Locis ductas Oratorijs, varijsque decoratas Fi rum ornamentis; ut eadem opera, hujusmodi corum, vsum addiscas, & quo pacto, ex ijs A plificationes peti debeant.*

CAPVT I.

AMPLIFICATIONES,

A Definitionibus conglobatis.

AMPLIFICATIO *fieri dicitur*, à Di tionibus conglobatis, *cùm eiusdem varia Definitiones, vnum in locum congestu vnde alio nomine* Congeries, *seu* Freque tio definitionum *vocatur hic locus. ita Cic non satis habuit, dixisse,* incesam esse Curi *adiecit definitiones Curia plurimas.*

Curiam, *inquit*, incedit, quo quid m rius, quid acerbius, quid luctuosius v mus

? Templum sanctitatis, amplitudinis
is, consilij publici, caput vrbis, aram
rum, portum omnium gentium, sedem
iuerso populo Romano concessam vni
ii inflammari, excindi funestari ?
Huic Exemplo veteri, addamus nouo.

VIRTVTIS LAVS.

rtutem commendare si cupis, illam esse
, animi Animam nostri, a cordisq; Cor- a *Polysin*
m, vitæ decus, honestiq; germen, ac *theta.*
ris florem, mentisque puriores delitias,
nique radium Solis, & felicitatis avro-
, & immortalitatis parentem, peren-
li; fontem bonorum omnium.

ODESTIÆ PRÆCONIVM.

ac virtute, quid quæso pulchrius? atque
, quid amabilius fingi potest? Est quip-
nimi facies amœna, b pignus probitatis, b *Dissolutio.*
morum, pudicitiæ monumentum; mu-
elogium, animæ pictura, taciti hominis
mendatio eloquens, humane societatis
n, & decus, rapax charitatis illecebra,
s honoris, vestis virtutum omnium, om-
s nota gentibus, & grata lingua, nemi-
e barbara, cunctisque jucundissima.

PVLCHRITVDINIS EXCELLENTIA.

n hic ego, plebeiam illam, ac vulgarem *Laert. in*
nritudinem delineo, quam Euripides *Arist.*
llauit, omnis infelicitatis originem; quā
uit Theophrastus, Tacitam fraudem;
Teocritus, Pestem nuncupauit ebur-
, quam Comicus, Calamitatem omniū
ssimam esse dixit; sed patriam regiam,
m, plenamque mysterij Formam lo-
, cœleste superum Munus, Parelium di- *Max.*
uis, speculum diuinæ speciei politissi- *Tyr. diss.*
expressam Numinis Effigiem, Radium *11. de*
erni luminis fonte delibatum; & gra- *Amore.*
n omnium quas cæteris in rebus, supre-
Artifex expressit, Collectionem perfe-
nam, absolutissimumq; Compendium.

PVL-

PVERORVM, ET SCHOLARVM IN QVI DOCENTVR, ENCOMIVM.

Pueris laudem optes impertiri? Dic s illos esse humani generis c Fulcimenta miliarum, rerumq. publicarū Subsidia, Am que Delitias, Corculaque Virtutum, Gemmas, & Ocellos orbis, terræ Stellu cælique Flosculos; & Regulos mundi H desque æternitatis, germanosque Ch Fratres, & Filios Dei.

c Metaphora

Dic Scholas, in quibus eos, cum liter rudimentis, religionis elementa, & mo præcepta docemus, aliud nihil esse d q secretos Regis æterni Hortulos, roseo gentes rubore verecundiæ, candidisq; p citiæ lilijs pulchrè radiantes; selectarum Seminaria stirpium, & elegantiarum Pu los, vrbanitatumque, Areolas, Fontesq nestatis limpidos, & speciosas humani Officinas, & Emporia sacra; pretiosori auro, mercimonijs, terris, cœloque c berrima.

d Allegoria.

BARBÆ COMMENDATIO.

Adversùs barbatos instinctu nescio q reverentiam adhibemus; docti videlice natura, haud aliud esse Barbam, e quam thoritatis insigne, de mento pendulumq Vexillum reconditioris Prudentiæ, foris plicatum: quàm natiuum oris humani I dema, de crine textile, quàm progermi tem é genarum molli solo, Sapientiæ I ream: Sertumque Boreum vernantis æt maturorum fructuum indicem, quos v producit autumnitas: nihil inquam, esse pilos hujusmodi, præter erumpent bras iudicij. f mentisque Radices in m iactas: aut promicantes extra cutem, S animati Radios, qui lucet in cerebri C

e Definitiones Allegoricæ.

f Paronomasia.

INVIDIÆ PICTVRA.

Quid est Inuidia? O vitium abominab Audi quid sit. Inuidia est g malum gen a ton

o; Caligo est, à splendore oriens: á
ritudine, nata Deformitas à risu; La-
na fluens. Riuus est fellis, à fonte mel.
rogerminans, è planta honestatis. ne-
æ Fructus: proprius ab aliena lætitia,
, calamitas domestica. ab externa glo-
aqans: intestinum infortunium, quod
na creauit prospera: Vmbra est, non
rum, sed animorum: Ægritudo vo-
ria, Crux fixa maleuolis, & necessa-
virtutis Hostis.

CALVINI ELOGIVM.

æris à me, quid hoc hominis fuerit,
hic depingo: *b* Dicam? Non homo, sed
lacrum fuit hominis, bonorum odium,
improborum, perditorum magister, ga-
m antesignanus, sceleratorum cori-
s, fraudum peritus artifex, dolorum
catot pessimus: Helluo sacrilegus, &
is, gurges vitiorum, sentina turpitu-
, vorago nequitiarum, cloaca fœdissi-
m libidinum, Christianæ reip. pestis,
ionis labes, vitæ pernicies, ruina vir-
n, disciplinæ clades, malorum dissemi-
, orbis incendium, mundi portentum,
ræ dedecus, luxuriosus scurra, lenoq.
rissimus, plenus stupri, plenus furoris,
gitij, plenus inconsideratissimæ teme-
s: atque vt verbo dicam, infernum
trum.

h *Metaphorica definitiones.*

quo tartara nunquam.
udere, Deo irato, truculentius vllum,
his exemplis colligis, definitiones hujusmodi
batus, tum ad laudandum, tum ad vitupe-
m per idoneas esse.

DEFINITIONE MISTA.

ando versamur in hoc definitionis loco non
d alium, transferre orationem placet, quam
m Amplificationis ideam, omnium facilè
issimam, quæ à Definitione peti possint, ex-
. Vtramque habet Cicero; cujus verba ita
pro-

proferam, vt ea tantum, quæ ad artificium [illegible] *nens, relictis alijs sin allaturus; quo scilicet cl*[illegible] *& preclarior, earum imitatio tyronibus propon*[illegible]

QVID SIT CONSVL.

Consulem describit Tullius, vt ostendat Piso[illegible] *eo nomine indignum esse; primùm* per Neg[illegible] nem *explicando*, quid non sit Consul. *hi*[illegible]

In Pison. 23. Tu etiam mentionem facies consul[illegible] tui? aut te fuisse Romæ consulem, *di*[illegible] avdebis? Quid tu in lictoribus, in toga pretexta, esse consulatum putas? his [illegible] namentis, & insignibus consulatum decl[illegible] ri putas? (*En iam, per Affirmationem, q*[illegible] *esse Consulem*) Animo, Consulem esse o[illegible] tet consilio, fide, gravitate, vigilanti[illegible] ra, toto denique munere consulatus. [illegible] *ingeris pugnam contrariorum.*) Ego Consul esse putem, qui sanatum esse in republ[illegible] non putauit? & sine eo consilio, cons[illegible] numerem, sine quo Romæ, ne Reges [illegible] dem esse potuerunt? (*addere poteris,* [illegible] *cò, quæ fusiùs persequitur*) Consulem eum putem, qui patriæ conseruatorem ejecit euersione legum, vexauit rempublicam, avaritia, libidine, crudelitate, ciues sc[illegible] latissimos superauit &c. Qui latrones ig[illegible] si quidem vos Consules? Qui prædones, hostes, qui proditores, qui tyranni n[illegible] nabuntur? Magnum nomen est, magn[illegible] cies, magna dignitas, magna majestas [illegible] sulis: Non capiunt angustiæ pectoris tu[illegible] recipit levitas ista, non egestas animi, infirmitas ingenij sustinet, non insolent[illegible] rum secundarum, tantam personam, gravem, tám severam.

QVID SIT POPVLVS-ROMANV[S]

Hæc item Amplificatio, Definitione [illegible] per negationem, & affirmationem. [illegible] *habet peculiare, quod media inseritur* Ironia [illegible] *scribit, ergo primùm Cicero*, Quid non [illegible] pulus Romanus, *sit*.

An tu populum Romanum esse illum [illegible]

qui constat ex ijs, qui mercede condu- *Pro Do-*
?? qui impelluntur, vt vim afferant *mo 89.*
ratibus? vt obsideant senatum, optent
lie cædem, incendia, rapinas? (*deinde ironicam exclamationem*) O speciem, di-
emque popul i Romani, quam nationes
, quam gentes vitimæ pertimescunt,
udinem hominum, ex seruis condu-
ex facinorosis, ex egentibus congre-
! (*tum subijcit, quid sit.*) Illa fuit pul-
do populi Romani, illa forma, quám
npo vidisti tum, cùm etiam tibi contra
is authoritatem dicendi potestas fuit.
lle Populus est, dominus regum, vi-
atque Imperator omnium gentium,
illo clarissimo die, scelerate vidisti tū,
mnes principes ciuitatis, omnes ordi-
atque ætatum omnium suffragium, se
e ciuis, sed de ciuitatis salute, ferre
bant.

*vtriusque imitationem exempli definire po-
quid sit Christianus, quid Rex, quid Pater,
Discipulus, quid Miles, aliaque eius generis.*

CAPVT II.

IMPLIFICATIONES,

PARTIVM ENVMERATIONE.

*C locus ad amplificandum, est omnium aptis-
simus, cum ad illum, alij fermè omnes re-
ueant, vt superius ostensum est, nihilque
quod in partes suas non distribui facilè possit.
npla.*

CHERRIMÆ HEROINÆ LAVS.

*commendare posses pulchritudinem, tribus
rbis.*

XIMIO DECORE FVLGET.

*tia verba à singularum partium enumera-
c amplifico.* Quis

i. Repetitionũ cōgeries. i Quis fulgor ſuperi! quæ majeſtas, venuſtas oris, quæ membrorum omnium gnitas! Quàm feſtiuè ſedent, coll avdu in illa fronte veneres! Quàm blandè ri volitantque Gratiæ per floridiſſimam g rum planitiem! vt lepores adblandi oculis! vt corallia relucent in labris! vt ſtra ſplendent in collo! vt ſinus argenti pretioſé, pureque rutilat! Illæ manus, q factæ ad ſceptrum! Ille capitis vertex, q venerandus ad coronam! Oris ille decor ctoriſque decus, quàm ad delicias, amore rapax! Motus ille omnis, & habitus, q liberalis, & elegans, plenuſque dignit ac lavde dignus!

VIRTVTIS PVLCHRITVDO, NVNQV MARCESCIT.

Fingam, Virtutem habere corpus, eaſque ſe merabo partes, in quibus præcipuè decor inſ.

i Quid formæ venuſtate vanius? quid fr lius? quæ floris inſtar, tenui liveſcit aff caſuque leuiſſimo defluit, & vrgente i nium vita, momento citiùs contabeſcit.

Tuus verò Decor, ò Pulchra Virtus, quam non virens, atque vernās, vbique rens, & amabilis, omni ætate gratus, mirabilis, neque langueſcit morbo, ne flacceſcit ægritudine, nec labore corrup nec violatur annis, nec vetuſtate deflore

Tua illa Genarum lilia, puerperis rofis, nunquam marceſcunt: Illæ pud flammulæ ab tuo vultu venuſtiſſimo pr cantes, extingui nequeunt: Nives ille puriſſimæ, nullo cupiditatum æſtu tabe Nec obſcurantur mœroris nube., gemin culorum ſoles: nec inflectuntur adverſi cus triumphales Superciliorum illis i fuit; Nec delitijs ſoluitur, Pectoris il glacies; nec mœſtitiæ rugis inaratur, diſſimæ Frontis chryſtallus.

SENEX DEFORMIS.

Turpiſſima eſt, *inquis*, hujus Senis,

ſpecies. *At ego, enumerando partes corpor ũ ulas, tuam illam phraſi n, ita diffundam.*

Quis non exhorreat, Senem illum retorum, cadaveroſum, capularem, ſcapulas entem arcuatas in forbicem, hianteſque, aridas ſavces, oculoſque lippitudine ris, fetidaſque nares, buccaſque fluentes, teſque tremulos, naſumque ſinum, ſulamque frontem, recurvumque mentum, naſq; luripas, avriculaſque flaccidas, aduniqne manus, falcatoſque pedes, pectuſq; licibus ſcatens, caputq; cimicibus putens. I *Polyſintheton.*

VERAM LAVDEM, SOLA VIRTVS PARIT.

Hanc ſententiam, ab Grammatico prolatam, ſic etor explicabit.

Non ſatis eſt, vacare culpa, qui lavdem ehenſas? Animum geras oportet, virtutibus imium, inſignem pietate, fortitudine clam, religione præſtantem, eruditione conicuum. Alium ſi te præſtas, & laudẽ quæs, ludis operam: & cum lavdaris, luderis eptroſis verendus licet, clarus imperio, pibuſque potens. Reges ſiquidem Lavs ontemnit, ſi non magis moderentur ſibi, uàm regno; Dvces deſpicit, niſi priùs ſe, uàm hoſtem vincant; aſpernantur Opulens, qui pluribus non abundant animi bonis, uàm fortunæ; ſpernit Optimates, quibus ntiquior eſt dignitas, quàm virtus. Vt anm quiſq; lavde fulget, hunc maximè illurat, exornatque Lavs; at quám præclarè! uàm inſigniter! Plebeium reſpicit, efficitue Patritium; armis inſtruit Militem, & ucem facit, terræ Filium ſuſcipit, & cœlo uehit; Miſero favet, fœlicemque reddit, vaniatur Inopem, ſupraq; modũ locupletat. *Enumeratio variorũ ordinum.*

BEATVS ESSE VIS? VIRTVTEM COLE.

Hoc Paradoxum, oratoriè explanare vis? ſic age, Enumerando varia hominum ſtudia

Quid molimini, ſtructores Babyloni, Gigantes, non tam mole corporis, quàm ſu-

Apoſtrophe, & Interrogatio

bia. Quis ille eſt cogitationum veſtrarum æſtus? quæ mentis agitatio? quis ardor in potentis animi, in excitanda illa Turre, cuius mine tactura cœlos? Erratis toto cęlo, ſto lidi, vel dum in cœlum tenditis. Ad ſup ros non itur gradibus lapideis, ſed honori Cœlum ſi cogitatis, factis lavde dignis, Er gite Virtutum monumenta ſublimia, non ſub ſtructiones inſanas. Vna eſt ad aſtra via, ve ra Virtus, hæc terram cœlo nectit, homi neſque ſyderibus inſerit. Illam ſequimini qui aſpiratis ad cœleſtia; Illam peramate qui flagratis amore vitæ. Illam amplectimi ni, quorum oculos, animoſq. tenet, form venuſtas. Hanc adite, qui auro inhiatis; ſeruite, honorũ candidati: Hanc prehenſate quibus vitæ placet honeſtas: Virtute nihil eſt honeſtius, ac nobilius, nihil pulchrius & præſtantius, nihil pretioſius, & divinius

HONORI OMNES SERVIVNT.

Vocem illam, Omnes, *ſic expone.*

Honori, ſubdunt ſceptra, Reges, Honori ſubmittunt vexilla, Duces, ſuas ei palmas & lavros, Victores, ac Triumphatores ſu bijciunt. Ei Præſules, infulas; Antiſtite tiaras conſecrant, artes omnes, ac ſcientia ſuas illi elucubrationes inſcribunt, dedicant que, in Honore quærendo, curas omne ſtudia, cogitationes, vigilias, vniuerſi gunt, & locant.


SINE VIRTVTE, NIHIL GLORIOSVM

Vocabulum hoc, Nihil, *ita dilatabis.*

Apoſtrophe.

Quid de te poſſumus, ò magna Virtus prædicare magnificentius, quàm cum aſſe mus facinorum, maiorem nullam inueni poſſe mercedem, præter Te: nullumq. eſſ tam illuſtre factum, quod niſi à te comme detur, non turpe fit: nullam magnitudine eſſe, tam celſam, tamq. exageratam, c coronam non imponas: honores viliſſim eſſe, quos non exornas: ſordere purpura quæ ſplendorem à te non trahit, non radia diade-

idemata, quibus fulgorem non accerſis, cillare folia, quæ non erexiſti: trophæa ere, quæ non excitaſti, nihil habere ſce- a pretij, quæ non contuliſti: nullius eſſe gnitatis ornamenta regia quæ non proficiſ- ntur à te, &c.



ANIMVS PVLCHER, IN PVLCHRO CORPORE.

Quid efficiat Animus ille in ſuo corpore, ſignifi- te ſi volueris, ita fermè dices.

Corpori ſuo venuſtatem, robur majeſta- nque conciliat Animus pulcher.

Pulchrè quidem, ſed quantò elegantius, ſi in hunc modum eloquaris.

Simul, ac ſubijt corpus ſuum, generoſus, pulcher Animus, & per interiora diffuſus, Devs immortalis! vt repentina luce ful- rat! vt ſplendet! vt micat! vt amicat! vt cennet! vt movet omnia! Statim omnes tè conformat artus, ad decorem: omnes mponit motus ad dignitatem, omnes con- tant partes ad harmoniam, ad honeſtatis ges, omnia membra perfectiſſimè dirig t. gorem ignorat menti, ardorem pectori in- llat, veneres aſpergit in ore, afflat hono- s oculis, illigat labijs lepores, collo de- s affundit, genis, pudoris flammulas, ca- lis venuſtatem, fronti ſpeciem, capiti jeſtatem, abſolutæ demùm, per vniuer- n corpus, radios pulchritudinis, floridiſ- nè circunfundit.

CAPVT III.

AMPLIFICATIONES.

AB EFFECTIS.

AD hunc locum transferri poſſunt Exempla proximè ſuperiora; nam in eorum quibuſdā, præſertim in poſtremo omnium, tam enumeran- Effectus, quam ſequentibus iſtis.

VITII, ET VIRTVTIS EFFECT.

Nulla, *inquies*, mala sunt, quæ non ex riantur à pestilenti fonte vitiorum: nulla b na, quæ virtus non afferat.

Benè, sed nimis exiliter: Expone, quæ mala sunt, & quæ bona.

Inde vitij delinea fœditatem, quòd rati a *Repetitio.* ni aduersetur, *a* quòd contaminet animu quód divinum Numen offendat, quod ard b *Dissolutio, & Disiunctio.* rem suum, diris excruciet modis, *b* ango stimulet, curis exedat, metu percellat, fu lancinet, supplicijs torqueat, examinet doloribus maximis, nullo sermone satis plicandis. Tum quòd leges, quòd institu c *Synonyma.* quòd fœdera, cæteraque humanæ societa sanctissima jura violet, *c* peruertat, labe d *Adiũctio.* ctet, exscindat, perdat, extinguat. Deni *d* quòd pestem respublicis, provincijs ca mitatem, perniciem regnis, vrbibus exit familijs damna innumera, singulis deniq vniuersum malorum agmen importet.

e *Antitheta.* Virtutem avtem si ornare cupis: dic illa esse, *e* quæ mœstos recreat, ægros refic iacentes erigit, excitat afflictos, miseros beat. Quæ splendorem rebus obscuris, vi bus pretium, abiectis dignitatem, vulga bus honorem, humilibus excelsitatem, co temptis commendationem accersit, om busque venerationem conciliat.

GEOGRAPHIÆ LAVS.

Mira sunt, quæ facimus, Geographia benefi quam artem si laudare cupis, conuersâ in illam f *Apostrophe,* *tione, ejus effecta, sic recensere poteris.*

f O artium præclarissima, *g* quibus te li rarum monumentis extollemus, qua præ catione celebrabimus, quo tibi lavdum nere, pro tuis in nos beneficijs, grates re h *Dubitatio.* remus? Nostris enim, vt seruias oblecta nibus, & emolumentis, facis mundi co i *Hiperbaton.* pendium, *h* omnia omnibus loca locis co ris, remotas regiones proximis implicas, terisq. ac disiunctissimis, nostras innecti

Pe

er te coercenter tempeſtatem viciſſitudines ſperſa congregantur, admoventur diſtan- a, immota tranſvehuntur, concluduntur in ınčto montes, exigiſque lineis flumina in- entia terminantur. Per te Aſiam, atque fricam, transferimus in Europam, orbem nouo, luſtramus in veterem; Auſtrales agas in Septentrione, Orientem, in Occi- ente, & viciſſim Occidentem in Oriente, ne vlla tamē ordinis perturbatione obimus. ua opera, quæ miracula, ſed iam ſine mi- culo patrantur? figitur, fluminum lapſus, mantur, quæ natura fluunt, ſiſtitur, quod mper volvitur, quod globoſum eſt, expli- itur, retinetur, quod ſtare neſcit, quodq́. on niſi ſuis libratum fundamentis ſuſtineri teſt, aliena vi, nutuq ac ſine fundamen- s conſiſtit.

DOLESCENTIVM.

In ſpernendis rebus caducis.

SVMMA VIRTVS.

Veſtra (ita loqueretur, rudis Rhetor] ve- ra virtus, Adoleſcentes lectiſsimi, in hoc mma eſt, quód competis, rerum humana- m illecebris, per ſummam pietatis, & ca- imoniæ lavdem, aſpernamini vitæ delitias, t in religioſa clavſtra conceditis.

At peritus, idem argumentum, hoc modo diſ- ndet:

l Quid de multiplici virtutum fructu, Ado- ſcentes, referam, quas in Muſarum viri- arijs, niſu generoſo, felicique partu pro- nditis? *m* Vbi floret amœniùs, quàm in obis, germana pietas? vbi purior ardet di- inæ flamma charitatis? Vbi caſtimoniæ can- or eniteſcit pulchrior? Vbi rerum cœle- ium cultus ardentior, & in ſupremum Nu- en, religio maior? Num vos eſtis, vt ab hac vna lavdum par- ticula,

l *Dubitatio, & Allegoria.*

m *Repetitio, & Metaphora.*

Foſa volubileſq; periodi.

ticula, colligatur genus vniversum, qui an-
mo, laboribus non invicto minus, quàm
voluptatibus inexpugnabili, perniciosa reru
fluxarum blandimenta reijcientes, coloni
quotannis ducitis, è Collegijs nostris, in n
vas cœlestesque plagas? Ibiq. n conuersis a
mis in ipsa rebellantis naturæ viscera, fracti
domitisque cupiditatibus improbis, com
presso intestinarum perturbationum tumult
reuulso pestilentium illecebrarum vallo, qu
bus hominum vita cingitur; misso denique
sub Religiosæ vitæ jugum, mundo ipso tot
quantumvis tumido victorijs erigit tropha
gloriæ, o tantò altiora, quantò abiectius v
ipsi deprimitis; hoc magis conspicua, qu
magis in obscuro latent; tantò splendidior
quantò remotiora sunt à luce; opimisq; spo
lijs, eó graviora, quò nudam magis, à
exitiosis fortunæ commodis, spoliatorem
initis vitæ rationem: p Ibique per subacto
calcatosq. vitiorum cuneos, vestrorum cu
rus triumphorum agitis, ascensum super astr
molientes: Ibique vestigia virtutum reli
quitis, non impressa leuiter, ad exigui pr
dicationem temporis, sed fixa firmiter
memoriam sæculorum omnium sempitern
Ibique ea præclaré, fortiterque suscipiti
exituque, fœlici terminatis, p quæ divin
decoranda lavdibus; ad cœlum præconijs
ferenda, immortalitatis domanda præmio
stuporem mortalibus afferunt: Immorta
bus admirationem, vobis decus nunqu
intermoriturum, ipsique Deo, æternæ g
tulationis materiam.

n Allegoria a Bello ducta

o Antitheses.

p repetitio.

q Synonyma.

r Distributio, & Adiunctio.

LAVDIS AMOR, QVID EFFICI

Nos Laudis amor, *inquies*, à vitijs avoc
& ad omnem virtutem impellit.

Vis duo illa Effecta, dilatem? impsamq; La compellem, velut Reginam quandam præpotente

ſ Tu ipsa es ó castissima; fœcundaq. la
cujus amore, complexuq; purissimo gra
dati, facta illustria, hoc est, innumeros h
redes gloriæ, nominisque nostri, progi
mus:

ſ Apostrophe. Allegoria ad Coniugio petita.

ius: probrosa cæteroqui virtutum sterilita-
:laboraturi, aut insana vitiorum luxurię, t
si nos auulsos ab vrbibus voluptatum, in-
tares ad immortalis vitæ decus, erudires
l disciplinam, corroborares ad laborem,
mares ad pericula, interritos ad omnem
ısum, euentumque reddes, nec aduersis,
inùs infractos, quàm prosperis præstares
victos.

Itaque, u non secùs, ac per absentiam So-
;, nocturnasque tenebras, vniuersa natura
rpet; exoriente verò die, excusso sopore,
scitantur omnia; sic te ò Sydus nostrum,
: nostris dum te subducis oculis, nec nos
uminas, inglorij iacemus, & inertes, pi-
o torpore languidi, indecora quiete desi-
s, mollitie inhonesta fracti, fœdoque im-
icati, & oppressi somno sternimus igno-
les, sine nomine, sine honore. At simul
oreris nostra Lux, quid non orbe præstas?
iid in nobis non efficis? Ad primores di-
æ tuæ formæ radios, evigilat de repente
imana mens, Disciplinæ velut desiliunt è
cto, Artes se foris explicant, virtutes quasi
mo egrediuntur, in publicumq; prodeunt,
niuntque in lucem, vt à te vires, ac decus
uriant, & quidquid per illas suscipimus,
o beneficio coronetur.

Quid enim est, quod non aggrediamur
rtatu tuo, quod non perpetremus, te aus.
:e? x Armisne gerenda res? y Tu manibus
na ministras, z & neruis robur addis, ocu-
que ardorem, animisque generositatem in-
neras, pectoribusque fortitudinem; Tu
ricula submoues, laboremque lenis, &
ias, viamque sternis ad victoriam, & mu-
i iter ad triumphum, palmisque obseris
s, & arcus excitas honoris, erigisq. tro-
ea gloriæ, lavreasque texis coronas, Vi-
rum capitibus imponendas.

Nomenne aliquod decusque, pacis artibus
ligere iuvat? Quis id assequeretur sine te,
ræclara lavs.? Quis publicæ rei nauaret
:ram? miserorum causa susciperet? discri-

t *Disiunctio, & distributio.*

u *Similitudo, & Allegoria.*

x *Subiectio. Distributio*

y *Polysyntheto.*

mina subiret pro salute civium? Quis literarum laboribus addiceret vitam? Quis ætatem discendo docendoque tereret? Quis vexaret & studijs animum? Quis nondum natos occupaturus beneficijs, ingenij monumenta continenti meditatione, assiduisque perfectis vigilijs, transmittere curaret ad posteros, nisi laudem cogitaremus, nisi spectaremus præmij, nisi ad hoc honoris centrum, consilia nostra confluerent; nisi ad illam virtutum metam, dirigeremus vitæ cursum; nisi ad hūc gloriæ scopum, vota collinearent omnia, & spirando, mortalis hujus vitæ auram, ad immortalem aspirare nobis liceret, quam morientes in sinu laudis, nos consecuturos certó speramus.

CAPVT IV.

AMPLIFICATIONES,

A CONSEQVENTIBVS.

AMPLIFICATIO *fit, ab hoc loco, cum ea, quæ rem quampiam consequuntur, exponimus: Vt, si aduersus authorem belli facundi, mala enumeres, quæ bellum sequi solent, videlicet.*

a Distributio partium. Ex 4 ad Heren. & Eras. de cop.

a Exhaustum ærarium, abacta pecora, proscultas segetes, incensos vicos, & villas, desertos agros, euersa mœnia, compilatas domos, direpta templa, fractam laboribus juventutem, tot adolescentium mores licentia deprauatos, tot virgines indignè constupratas, tot orbos senes, tot viduas matronas, oppressas præterea leges; extinctas artes, corruptam disciplinam, obliteratam religionem, confusa divina, humanaque omnia, tibi vni accepta referemus, si belli author fueris.

b Hypotyposis.
c Allegoria a funere petita.

SOLIS OCCASVM CONSEQVENTIA.

b Cerne, vt occidente die quasi c natura omnis esse extincta, sepultaque tenebris, amicitur veste funebri mundus, vt accensa micant

cant toto æthere funeste faces; vt cœlum
od manet præ lætitia, colliquescebat in
em melleum, seró soluitur in noxium fle-
n, vt evanescit orbis pulchritudo, vt ob-
escit splendor vrbium, camporumq; amœ-
as, *d* & plantarum viror, & florum decor, d *Simili*
totius telluris honor, vt strue silentium *ter cadēs*
icta tenent, dum solæ Noctuæ, soli Bu-
nes, Vespertiliones, ac Ranæ infestant
nia ferali cantu, sibilis horrisonis, infau-
s stridoribus, & coaxationibus malè omi-
fis. Interea cæteras animantes stupor, ac
uor occupat, *e* volucres gemunt in nidulis e *Isocō-*
cudes laniant in antris, feræ fremunt in *lon.*
ernis, & homines jacent in lectis, op-
essi somno, sopore bruti, &c.

ONDITIONVM ÆQVALITATEM; CONSEQVENTIA.

Si nullum esset potentiæ, nullum dignita-
, & authoritatis discrimen, sed æqualiter
nes idonea bonorum copia fruerentur;
quod futurum fuisse præstabilius Thales
nsebat) quid sequeretur? hoc nimirum, vt
m partes essent omnes futuri opibus, &
otentia, reperiretur nemo, qui avdaciam
nproborum posset reprimere, compescere
urorem libidinem, ac petulantiam coerce-
. *f* Atque ita volitarent passim homines il- f *Hypoty*
, quos immanis, acerbaque natura ad fla *posis.*
tia stimulat, amentia incensi, inflammati
bidine, avdacia terribiles, & quò furor
npelleret, quó cupiditas incitaret, eo sine
llo formidinis sensu continuo raperentur. *g*
am quid est, quod tunc nefarios illorum g *Subio-*
onatus, posset frangere? pœnarum timor? *ctio.*
quis irrogaret? Leges? at quis diceret?
uis solueret?

Hoc certè iam habemus, vel latebras quę-
unt, qui peccare volunt, lucem fugiant,
pportunitates aucupentur; suppliciorum
uippe metu, & legum vinculis irretiti te-
entur, judicia reformidant eorum, qui au-
horitate præstant; qui si non essent, quid

esset, cur scelerati homines sua vitia teg rent; flagitia occultarent, aliorum vitæ pudicitiæ insidiarentur? Quin potiùs prop sitâ sibi certâ impunitatis spe; quam ma mam esse peccandi illecebram, nemo nel h ruerent in scelus præcipites, in omni f gitiorum cœno volutarentur, & perfrac per summam licentiam pudoris, ac natur repagulis, non modò, non tenebras quæt rent, & integumenta suorum criminum, fe in turpissimis, ac nequissimis rebus freque tissima celebritate, & clarissima luce lau rentur.

h Expolitio, & Gradatio

VOLATVM CONSEQVENTIA, SI ALATI ESSET HOMO.

Longè beatiorem fore mortalium vitam, eßemus omnes pennis instructi, satis indi cat communis illa omnium volandi cupidi tas, & publica vox. i O utinam, inquiunt alatus nunc essem! O si darentur pennæ mi hi! fecissent superi! similiter atque aves, vo lare nunc possem!

i Synonymia.

Quid enim faceres, quæret aliquis, si ali ger esses? Rogas? Quid verò facere no possem? l Nobilissimas orbis vniuersi partes percurrerem, prouincias obirem, lustrarem regiones, & oppida, tranarem fluuios, fle cterem promontoria, maria transmitterem, immensa terrarum, aquarumque spatia, ce leritate admirabili, incredibilique delecta mento peruolarem.

l Similiter adēs, & desinens.

Quid præterea? m Ambularem, quò libe ret; pedem inferrem, quò placeret; omni bus me locis, præsentem sisterem; peruade rem infestas barbaris oras sine metu; obses sas hostibus munitiones perrumperem sin formidine, & per inuias solitudines, pe varios syluarum recessus, per abrupta mon tium juga, difficilesque aditus, n elusis cu stodibus, irrisis vigilibus, neglectis præsi dijs, contemptis excubijs, arces, castella, turres, propugnacula, ciuitates tutus inua derem, securus adirem.

m Isocolor. Enumeratio partiũ.

n Similiter cadē tia.

o Atque hæc quidem, si in exteris place pere-

o Transitio.

:regrinari regionibus, nam si domi rema-
:re delectat, nec eas aves imitari quæ cer-
s tempestatibus vertunt solum; non maior
nè, imó liquidior existet voluptas, tum
aximè, cùm relaxandi animi gratia, nos
olatilem deambulationem, cum familiari-
is cōferemus. Tunc enim, modo leni alarum
migio, amicos salutatum per vrbē volitabi
us; modo prodijs insidētes, aut mēnialis aut
nestris ædium, inspicere poterimus, quæ
unt in conclauibus, & cubiculis; qua de-
ctatione haud scio, an vlla esse possit in vi-
limpidior. Nunc vbi remiserit hyemis in-
ementia, impellente Zephyro, & vocan-
: avra, in hortos, & viridaria conflue-
us, ibique florescentibus insistentes ar-
orum ramis, aut cum Lucinijs canemus,
amœno secessu, sub vmbella frondium;
ut inter vepreta, tonsilesque syluas, cum
asseribus, alijsq; aviculis colludemus, quo
uid ad sensuum, animique oblectationem
icundius?

r Sed hæc ad voluptatem: quid commo- *r Transi-*
a memorem, á volatu prouenientia? Fac *tio.*
num hominem alatum esse, quantam tunc,
Devs immortalis! Vtilitatum inessem, colli-
get! Sané in Cretensibus licet labyrinthis,
difficultatumque mæandris inextricabilibus,
acludatur cum Dædalu; inde alarum bene-
icio, evadet liber cum eodem, & velocita-
e mirabili, ſ quô illum vocabunt negotia, *ſ Repeti-*
quò incitabit amor, quò spes impellet, quò *tio.*
apiet cupiditas, quò feret innata propensio,
nullo labore, nullis impendijs, nulla com-
neatur comparandi cura, iniquitate locorum
nulla prohibente viam, aut retardante pere-
grinationis consilium, sine animi molestia,
aut corporis defatigatione, pervolabit.

CAPVT V,

AMPLIFICATIONES,

AB ADIVNCTIS.

Ntonij vomitum amplificat Tullius, ab Ad- ctis Persona, loci, temporis, circumstan[illegible] his verbis.

Tu istis faucibus, istis latebris, ista gl[illegible] diatoria totius corporis firmitate, tantum [illegible] ni in Hippiæ nuptijs exhauseras, vt tibi n[illegible] cesse esset in populi Romani conspectu, v[illegible] mere postridie. *t* O rem, non modò visu f[illegible] dam, sed etiam auditu! Si inter cœnam, [illegible] tuis immanibus illis poculis, hoc tibi acc[illegible] disset, quis non turpe duceret? In cœtu ve[illegible] rò populi Romani, negotium publicum g[illegible] rens Magister Equitum, cui ructare turp[illegible] esset, is vomens, frustis esculentis, vinu[illegible] redolentibus, gremium suum, & totum tri[illegible] bunal impleuit.

2. Philipp 63.

t Exclamatio.

PVERORVM MALA INDOLES

Quæ iucunditas animi, in Puerorum cu[illegible] tores, ac magistros respergi potest, á quo[illegible] rum videlicet stoliditate peruaci, nihil ni[illegible] minis exprim tur? Qui bestiolarum in more[illegible] nihil aliud ambiunt, quàm quod blandiu[illegible] oculis, aut arridet palato, aut sensum aliqu[illegible] quapiam delectatione permulcet? *u* Qui ani[illegible] mum in ea perpetuò cogitatione defixum ha[illegible] bent, vt mentem nugis obruant, ingluuiem cupedijs expleant, ridicula venentur, papi[illegible] liones aucupentur, iocis incumbant, inepti[illegible] indulgeant, dies noctesque leuissimis oble[illegible] ctatiunculis conterant? Qui rota singula[illegible] mobiliores, stare loco nesciunt, mente va[illegible] ri, animo volucres, ingenio plumei, lingu[illegible] lubrici, indole petulci, motu turbulenti, a[illegible] sueti tripudijs, passim palantes, concursan[illegible] tes, subsilientes, se seque in omnem parte[illegible] nullo non loco, ac tempore turbinis insta[illegible] agitantes? Qui leuitate ipsa leuiores ama[illegible] hodie,

u Similiter cadēs & desinens.

odie, cras odere; nunc blandiuntur, postaulò obmurmurant; rident modò placidè, de repente torue plorant, & quem manè sauiantur vesperi, si vires, iuvaret avdacia, unguibus appeterent, dentibusque furibundi ilaniarent?

x Nihil dico de sordibus: nam quid puero negligentiùs? Trade illi prętextam auro splēdidam, luto mox reddet inquinatam. Mitto socordiam: nam quid vecordius? Propone sceptrum, sceptro præponet calculos, & post habebit nucibus coronam. Stuporem prætereo: nam quid stolidius? Doce, quid sit honestum, surdo canis, enarra fabellam, aures arrigit illicò. *x Præterito, interrogationi iuncta.*

ADOLESCENTIVM,

Præclara, in Scholis, Indoles.

At vobis adolescentes vrbanissimi, *y* quid tertius? quid comius? quid ingeniosius? quid magis illecebrosius, & magis ad blandiens? Vos, *z* Musarum amores, Parnassi christiani decus, Reip. nostræ lumina, Gymnasiorum estis ornamenta; Cælique hujus eruditione fulgentis, lucidissima sydera. Vos specie venusti, elegantia liberales, ornatu comptuli, omnium pellicitis oculos, & corda, & quorum benevolentiam, *a* staturę dignitate, splendore frontis, capillorum cinnis, apta corporis habitudine, membrorumque omnium concinnè inter se, lepideq. texorum pulcherrima conformatione collitis, pulchriorum decore lavdum, animiq. commendatione nobiliori, penè cogitis ad obsequium. *y Interrogatio, & Repetitio.* *z Definitiones.* *a enumeratio partium.*

b Vos, non importuni, vt illi pusiones, sed festiui, non inepti, sed commodi, non insulsi, sed vrbanitate conditi, non sordidi, sed lavti, non stupidi, sed argutissimi, *c* quo genere officij, vestros non demeremini præceptores. *b Antithesis.* *c Repetitio.*

res, quæ non præbetis argumenta, vest
in illos obseruantiæ, quam studij significa
tionem non adhibetis? Vt illos colitis! (
d *Subie-* amplectamini! ut dicto estis audientes!
ctio. vos ad illorum mores, nutumque fingitis!
Letitiam ne ille præseferunt? adridetis. Do
loremne? una doletis. Ornatene dicunt? ap
plauditis. Appositene docent? I avdibus effe
tis. Acute ne differunt? sine fine miramini
Quid multa e summo studio paretis juben
e simili- bus, obscurandatis adhortantibus fertis ol
ter cadēs jurgantes, redamatis amantes, absentib.
& desi- gratum præstatis, memoremq. animum pr
nens. sent.bus exhibetis veneratione a reverenti

GLORIA, VIRTVTEM ÆTERNITATI CONSECRAT.

f Simul, ac purissimo Gloriæ amore fe
cundatus animus noster, egregium, quod
f Alle- piam concepit, peperitque facinus, in lucem
goria, editum sustulit illicò, ipsamet gloria, ne ja
cet humi, gremioque susceptum fouet, ne
ctarioque lacte pascit, exornatque tandem
comit, Illustrat, expolit, quoad sæculorum
oculos omnium, in sui admiratione conuer
tat. g Nec illud satis habet, etenim ne qu
g *Grada* vetustas, suæ rugas obducat soboli, sed a
tio. omnes ætates, recens illius pulchritudo in
tegraque perueniat, quid agere so'ita est
Celeberrimarum artium pulsat fores, ebit of
ficinas, solertiam explorat, lacessit indu
Expositio striam, opem requirit, consumit operam, u
sui etiam post Alumni mortem, ejus imag
vultus animique viuat in ære, spiret in ma
more, scintilet in auro, vibret in argento
fingatur in statuas, formetur in effigies, e
primatur in icones, simulacra figuretur. Ne
dum contenta mutam oris imaginem, poste
ris demirandam tradere: Ipsummet, litera
rum subsidio, tanquam excitatum ab inferis
omnibus sistit locis, ætatibusque repræsen
tat omnibus, seu loquentem faciens, qu
cunque dixit sapienter, seu facientem ind
tens, quæ gessit eximiè, sicque impositu
li-

erato, vitalique currui, avrigante histo-
, præevnte fama, comitante honore per
notissimos locorum tractus, ordinesque
nporum, rediuiuum, atque triumphabun-
m circunducit.

CAPVT VI.

AMPLIFICATIONES.

A CONTRARIORVM FREQVENTATIONE.

*ST Contrariorum, seu Antithetorum frequen-
tatio, cùm multa sibi aduersantia congerun-
r. Mirabilem habet Tullius Amplificationem ab* 2. Phil.
e locò ductam, cum describens ea, quæ in Var- 10.
*nis Villa fiebant ab Antonio homine impurissimo,
a loquitur.*

At quàm multos dies, in ea villa turpissi-
é ut perbacchatus? Ab hora tertia, bibe-
tur, ludebatur, vomebatur. O tecta ipsa
ilera, quàm dispari domino. (quanquam
iomodo iste dominus?) sed tamen, quàm
dispari tenebantur! Studiorum enim suo-
im, Marcus Varro voluit esse illud, non
bidinum diuersorium. Quæ in illa villa,
ite dicebantur? quæ cogitabantur? quæ li-
tis mandabantur? jura populi Romani mo-
imenta maiorum, omnis sapientiæ ratio,
mnisque doctrina. At verò te inquilino,
ion enim domino) personabant omnia vo-
bus ebriorum, natabant pauimenta vino,
adebant parietes; ingenui pveri, cum me-
torijs; scorta inter matres familias versa-
intur.

NVPTÆ INFELICES.

Lectissimæ non raró Virgines, castimoniæ
rde claræ, viris nubunt spurcissimis, seu vi
actæ, seu delinitæ blanditijs, seu mune-
ius irretitæ, atque ita fit, vt in eadem sæ-
domo diuersentur pudor, & impudentia,
hone-

honestas, & obscœnitas, libido, & mo-
stia, deformitas, & pulchritudo, virtus,
vitium.

*Sed hæc, de infelicitate nubentium ad par-
tium calamitatem, stylum conuertamus.*

MATRES MISERÆ.

Ea est miseria humanæ sortis, ut mut-
in feretrum cvnis, piùs sæpè soboles g pere-
quám pariat mater, ejusque tumens uter-
g Parono-
masia.
fiat proli non raró tumulus; Atque e-
versa vice, oriente filio, haud infrequen-
parens occidat; tenebrisque condat ocul-
dum suos aperit in lucem puer, papilli-
lacte manantibus, lethalibus madeant lac-
mis pupillæ, tantumque abest, alienam
seruet vitam parens, ut amittat propr-
adeò non subducens morti natum, ut m-
turo præeat, & aperiat secuturo, sepulcr-
prior.

IN IVDAM PRODITOREM.

Perge, scelerate proditor, perge, h q-
h Anti-
theses.
cœpisti pede, Caput generis humani per-
re, pestem moliri in Avctorem vitæ, Lu-
adornare conuiuium, purissima carne A-
sanctissimi; Solem mittere in lethales v-
bras, veritatem tradere vinctam, in ma-
calumniæ, & triginta argenteis, per i-
manitatem planè ferream; sacrum hum-
generis Redemptorem, emptoribus lacri-
i Parono-
masia.
gis vendere. O excæcate, qui solùm
loculos confusas, oculos habes. O impu-
dentissime nundinator, & ò ex avaritia Prodi-
qui inuentum in horto thesaurum omnis
pientiæ, non abscondisti, illum ut tibi e-
res, sed potiùs, vt perderes, prodidisti.

PVLCHRITVDO FALLAX.

l Interro-
gatio An-
tithesi
mista.
Ita est; tota ex fallacijs, fraudibusq; c-
creta Pulchritudo est l Quàm sępè siqui-
scabros, asperosque mores, delicataq; p-
convestit? Quàm sæpè formosa facie, co-
m Repe-
titio.
nestat deformes animos: turpissimisq; me-
bus, liberalè prætendit velum? m Quo-
frau

lulentius grassans in perniciem nostram,
Rosæ instar, foliorum purpura blandè
urat, spinarum aculeos, in aspicientes
rquet? *m* Quoties è castissima faciei gla- m *Alle-*
, obscœnior flamma concepta est? & é *goria.*
s intuitu ab ore radiantis, impudica nu-
libidinis extitit, fœdaque caligo proru-
Quam multi quotidie, peruerso rerum
ine, cæcutiunt ab alienis oculis turban-
ad serenæ formæ conspectum, impalles-
t ad ejus ruborem, *n* & frontis pudorem n *Simili*
utiunt, dum frontis honores aspiciunt, & *ter desi-*
udentiores existunt, quò magis pudorē *nens.*
antur. Nimirum, lucet illa quidem, sed
, floret, sed pungit; *o* lenocinatur, & la-
cinatur, eodemque momento rapit, ocu- o *Paro-*
, & eripit mentem, ut quò quis ipsius *nomasia.*
antior est, eò videatur amentior.

PVLCHRITVDO POTENS.

am, si Pulchritudinem laudare placet, ejusque
plificare potentiam. sic eloqueris.

lla est, quæ corporeo, fragilique throno
idens: secura dominatur in animos, &
antumvis ab omni sensuum contagione re-
tos, suis legibus obnoxios reddit. Illa p *Anti-*
p quæ lepore suo pertinacissimos flectit, *theses, &*
ignibus suis inflammat frigidissimos, quę *Parono-*
titia gratiarum, ferreos emollit, humani- *masia*
frangit barbaros, mitigat vrbanitate *crebra.*
estes, suauitate feros comat, solo aspe-
, stupendissimos excitat ad sui veneratio-
n, & obsequium.

Tyrannidem exerceri diceres, adeò cun-
sibi sine lege subijcit, nisi amorū potiùs,
la geret, quàm armorum jure, si insidijs,
illecebris grassaretur; si tella inficeret
eno, & non ambrosia; vulneraret spinis,
rosis, & sagittæ, quas ad cor adigit, aliū-
mitterentur, quàm ab arcu oculorum.
Tyrannum crederes, si spicula non essent
ula, si delitijs non tormentis, gratia non
oribus, nectare non cruore, non laqueis,
lenocinijs, voluptate non clade, lepori-
bus

bus non machinis, veneribus non vulne
nos illa non adiretur, & faces alias vib
quàm quas accendit amor, & hostem, q
oppugnat, non converteret in amplexum
tiùs quàm in fugam.

Pugnat siquidem Virago illa victrix
morum, q pugnat in otio, vincit in pace,
phat oculis, tacendo tonat, aspectu fu
rat, & vno non dicam impetu, sed intu
pectus innadit, cor obsidet, expugnat
mum, sibique tributarium facit. Quid q
sine voce loquitur, sine vi, vim affert,
catenis allicit, sine præstigijs immutat
rem, & vidisse, vicisse est, & visam e
triumphasse.

Testis Helena, r testis Phyra, testes in
meri, sed tamen, illa jam palo alligata
obruenda lapidibus, oculorum fulgure,
lictorum manibus lapides excussit: Hæc
nifesti comperta criminis, jamque
præjudicijs irretita, simul, ac discissa ve
aperuit sinum, præclusit ora judicum,
pro se perorante forma, cunctorum sent
tijs absoluta est. Vt vel inde verum sit
quod lyricus poeta, s de hac eximia natu
dote, ingeniosé cecinit, fuisse videlicet p
chritudinem, mortalibus à natura datam
vt ea lancearum, scutorumque loco veter
tur; ferrumque, atque, ignem vincere,
decore præstat.

q Desfu ... ti.

r Euripid Scholiast Plutarch in Hype ride.

s Anacr Od. 2.

t Ἀντ' ἀσπίδων ἁπασῶν Ἀντ' ἐγχέων ἁπάντων.

CAPVT VII.

AMPLIFICATIONES.

AB EXEMPLORVM FREQVENTATIO

EXEMPLORVM *frequentia est, cùm m coacervantur. Exempla, quibus probetur propositum est. Terna sufficient Exempla, vnum, & idem argumentum, videlicet in laud Laudis, cujus prima sit laus, quòd.*

LAV.

AVDEM OMNES AMBIVNT.
mumeri, Laudem proci circumstant, illam
:unque conspexere, depereunt, & asper-
:ur uniuersa, ut ejus fruantur amplexi-
, Thesauros nempe inexhaustos habet,
ous suos mactat clientes, æternumque
t. a Fallor non visus sum, voce qua decuit
Thesauri nulli sunt, verùm Thesaurus ipsa a Corre-
, non auri, sed decoris, non argenti, sed ctio.
riæ, non gemmarum, sed honestatis, non
ellectilis prætiosæ, sed nominis æterne-
æ famæ.
Thesaurus est, non abditus, sed palam ob-
s, cunctisque patens, aut paucis notus,
nisi sapientibus. Thesaurus est, quem
losophi ut reperiant, b quæ mysteria non b Repeti
plorant? quæ non peruadunt adyta? quæ tio, &
reta non penetrant, quas non mouent Interro-
estiones, ac controuersias? Quem, vt na- gatio.
antur Eruditi, quæ volumina non euol-
nt? quas bibliothecas non obeunt? quibus
oribus, vigiliisque non se torquent? Quem
i, ut Bellicosi comparent, quas non com-
ittunt pugnas, non edunt strages, non pa-
nt victorias, non referunt coronas?
Hoc Thesauro, Crates ut potiretur, proje-
opes: ut illo Cato donaretur, profudit
guinem: ut Brutus illum possideret, pro-
git vitam: ut obtineret c philosophus ille c Dioge
iaris, contempsit omnia. Illum ut scru- nes.
tur Curtius, se immisit in horrendum
ræ hiatum, vt Decij adipiscerentur, de-
uere se pro salute patriæ, ut inueniret, ad
quisita profectus est supplicia Regulus; ut
drus detegeret, personam texit regiam,
lauitque pectus hostium telis. Illius cu-
litate incensus, d sibi Zopyrus nares ex-
uit, sibi oculos Democritus eruit, sibi d Repeti
guam præcidit Zeno, sibi manum combus- tio.
Sceuola, sibi Lucretia transfixit pectus,
mortem innumerabiles consciuere.

LAVS

LAVS, ANIMORVM VMBR.
FVLGENTES SEQVITVR.

e Apo- Aſtrophe. e Teſtes, Paradoxi hujus, vos appe Heroes Eccleſiæ celeberrimi, Religi Chriſtianæ lumina, vos lavdem reſpuiſti pernati eſtis, fugiſtis, ita eſt: At fugie ſecuta Lavs eſt, & comprehendit, latita inueſtigauit, detexitque; abditos indag totique patefecit orbi.

Te illa prodidit, Alexi, deliteſcentem ſcalas paternæ domus, ijſdemque ſcala gradibus, quibus ad abiectiſſimam vit tionem deſcenderas, in cęlum fecit, vt a deres. Tibi detraxit, Alexander, obſcu Carbonarij perſonam quam indueras, e ſaque fuligine, albentem reluctantiſſo induxit, lucentemque carbunculis impo mitram. Te illa perſonarum, ignotum Nicolae, conſpicuum reddidit. Te fugi tem, Ambroſi retraxit ex fuga. Te abſc ditum, produxit palam, Magne Grego illuſtrauitque lvce gloriæ nunquam m morituræ.

At tu IGNATI, quid veſtes fruſtra tas? quid te mendicorum gregibus inſe quid ſub Manreſana rupe oblitefcis, & bam fœdum in modum, capilloſque fini creſcere, vt famam minuas, vt lavdes teras, vt oſtentationem devites, & pulc illud, *digito monſtrari* effugias? Nihil a Vir ſanctiſſime, nihil agis: Te digito inuitum monſtrabit Lavs, perq; omnia m di loca, temporumque ſpatia, ſpirantem rum virtutum effigiem, fama circunfer voce omnibus exavdienda poſteris, di *Hic eſt.* f Hic eſt virtutum ſator, vitiorum mitor, expulſor ignorantiæ, pietatis aſſer profligator hæreſum, demonum victor, terror, ac mundi ſtupor. Hic eſt, g *vnus homo*, qui *cunctando*, certandoque pariter Romanæ ſedis hoſte, publicam *reſtituit re* qui h orbi ſcelerum mole laboranti nu tique ſuppoſuit humeros, labantemque ſu

f Definitiones cō gloria ab Effectis

g Alluſio ad Fabiū Maxi-mum.

h & Herculem.

ſuſti

missse visus est, & erexisse *i* clavdican- *k Repetitio,*
Hic est, *l* cui suum debet Templa nito- *l Enumeratio partium.*
, Cœnobia celebritatem, splendorem
emiæ, Artes optimæ dignitatem, insti-
nem Iuuentus, Familiæ nobilissimæ,
sanctimoniam, decus religionis illibatę,
s, Provinciæ, Regna, Evropa tota, at-
adeo, Orbis terrarum, quàm laté patet,
erius. Hic est, quem in irritum petiere
li, horruere impij, odere lcel esti, op-
tant hæretici, quem Boni contra colunt,
entes prædicant, honorant Populi, mi-
ur Optimates, suspiciunt Principes, Re-
venerantur, gentes florentissimæ reue-
ur; quem omnes amant, omnes obser-
, omnes ornāt, & satis digné nemo lavdat

VS SOLA PARIT IMMORTALITATEM

Nonne viuunt, in nostris animis, viuent- *m Interrogatio*
memoria sæculorum omnium, homines
, quos ob eximia facinora, quæ patra-
t, prima retro suspexit ætas, venturaque
rò, cum admiratione suspiciet: viget sa-
llorum fama multis testata, expressaque, *n Subiectio.*
è factorum monumentis; *n* At cujus be-
cio? Nonne Lavdis? Adepti sunt gloriam
piternam Dvces generosissimi, & vel ab
morte, quam attulerunt hostibus, aut ap-
erunt ipsi fortiter pro incolumitate rei-
licæ, aut defensione virtutis, peperere
vitam nulla diuturnitate circunscribendā:
ui hoc decus acceptum referent? Nonne
di?

Quis nomen subtraxit vestrum edacitati
poris, illustres fori Reges, Oratores
nij? Quis rapacitati mortis, vestrum exe-
, entheati, ingeniosique Poetæ? Quis
iorem vestri partem, è communi seruauit
ndio, Philosophorum Coriphæi? Nonne
s; Et vos, qui vel ingenij claritate no-
s, vel rerum gerendarum prvdentia ce-
res, excelluistis inter omnes, ceu stel-
inter Lvna minores; quæ res effecit, di-
, vt Nulla sit tam surda, aut tam muta

poste-

posteritas, quæ de vobis non avdiat, &
quatur, nullæ tam ingratæ inuidæq; li
quæ de vestris virtutibus conticescant
non ipsa Lavs est, sine qua nullum jam
tuum nomen, Eloquentiæ Parens, M
Tulli; Tuum iam pridem deleniisset obl
Suadæ medulla, Demosthenes, In tene
delitescetes, historiæ Romanæ Lumen;
nemo, Maro, celebraret; Tibi nemo a
geret, Ingeniorum apex, Aristoteles;
scuraffet iam pridem vetustas, erudit
vestræ splendorem, Cultores optimarun
tium præstantissimi, æternaq; inuoluti
gine temporum, vestris cadaueribus co
pulti, inhonorati jaceretis.

Nec melior futura esset conditio vest
æui nostri Heroes inclyti: Quod enim
decus, quam mercedem gloriæ, quod
tulissetis honoris præmium, si rerum á
bis gestarum famam, nunquam interit
Lavs æternitati non commendasset? T
justi appellationem, Lvdouice, obtinuis
etsi justissimam? Tibinè, Magni cognom
tum, Henrice Maxime; magnitudo feci
animi? Fuisseſne, Philippe decoratus Av
sti nomine? Tene, etiam nunc Sapiente
Carole, vocaremus? Tuarumne Lavdu
Regum sanctissime, impietatis Sarace
domitor, tuarumne lavdum favstis accla
toribus, publicaq; gratulatione, vniue
personaret orbis; nisi facinoribus illustri
mis debita sempiterna Lavs vestræ, per
nes laté mundi plagas, ætatesq; dissemi
set existimationem virtutis, & super a
nomen extulisset?

CAPVT VIII.

AMPLIFICATIONES.

A COMPARATIONE.

LOCVS, *hic; tum maximè Amplifica*
subseruit; cùm multa inter se per comp
tione

...m opponuntur; ideòque, ad Contrariorum locu\u0304 ...i potest. Terna similiter Exempla, vt proxi- ...periori fecimus. adnectam ad commune item, ...; argumentum pertinentia. Comparabo nimi- ...nter se, 1. Puerum, & Adolescentium indo- ... Virorumq; Magistros item componam. 3. In- ...tur denq. contentio inter eas res, quas doceri ...m scholis: Quod argumentum idcircò sæpius ...lo, quòd personis, quæ frequentiùs vsura ...his elucubrationibus, conueniat magis.

PVERITIA, ET ADOLESCENTIA.

COMPARANTVR.

p O Adolescentia, feralis ætas, funestis... vitæ pars, quantum nostris Academijs ..., obfutura es, obfuisti. Tu innocentiæ ...ligatrix, Tu expugnatrix pudicitiæ, Tu ...orum pernicies alumnorum, musarum ...; morum corruptela, virtutum pestis, ...larum calamitas, disciplinarum libera... ...rum exitium. Tu fruteta nostra depopu... ..., exuris viridaria, violaria violas, roseta ...stas, ut floribus evulsis, tristes nobis ...nquas spinarum reliquias, dum colligen... ...m frugum tempestatem adesse commo... ...putabamus.

p Apostrophe Definitio net.

...e enim profectò se res habet, q Prima ...e Adolescentia, frugibus percipiendis ...a videtur ætas, aptior certè quidem, ... Puerilis, quod secus est. Non enim ... amœnitatæ florum, cultura Pverorum ...dior est, quàm Adolescentium, verùm ... vbertate frugum vtilior.

q Allegoria ab Agricultura.

...t quippe Adolescentis ingenium, ferax ...em, sed infelix Ager, densiorem in syl... ...rarum veprium *fruticant*, ad quem, sationi ...dæ preparandũ, quantũ operę, Devs im... ...talis! in evellendis nocentibus pestife... ...e plantis cvpiditatum quibus vernans ...illa sylvescit, coercendaque insana illa ...ersarum, quibus progerminat, animi ...onum luxuriæ, quantum necesse est ...e negotij! At Puerilis animus instar

Humi

Humi subacta, atque pura, quæ nunquan cusat cultoris imperium, parato, se mollitoque gremio, sparsum à præce semen excipit, spontaneasq; funderis fr nunquam sine vsura reddit, quod accep

Accedit ad hæc, Puerorum mira doci

r *Allegoria ab arboribus.* Adultorum verò pene intractabilis indol Illi enim tanquàm *Arbuscula*, in suum se ordinem directæ, si tantisper deflecta linea, molli digito diriguntur, & flect in quamvis partem sine vi: Hos contra obduratos annis *stipites*, carneosque *tru* si semel tortuosi, & abnormes excreve quæ ratio corrigat? quæ manus inflecta solertia restituat in pristinum statum?

s *Allegoria, ab statuaria* Illos, *s* molliris instar *Argilla*, in qua trahit figuras Plastes perita manus, cere fingit, atque refingit animos, & sedens cidusque, ductilem, ac sequacem in o partes indolem, labore nullo tractat, nu temperat, & vngue perpolit: At istos, a ritate *saxeos* obstinatione *marmoreos*, qui formet in statuas? qui animet in viros? scabris splendorem accersat, nisi infiram uicacissimæ duritiem mentis, obsisten sclapri conatibus, summa contentione chiorum, assiduaque malleorum repetit & agitatione perfringat?

t *Allegoria à Pictura.* t Illi veluti *pura Tabula*, nihil habent, penicillum remoretur, coloresque resp Hi, ceu *Tela* atramento *illita*, oppleta puluere, artificis frustrantur industriam operam miserè corrumpunt.

u *Allegoria a Pyxid bus, & vasis.* u Puellos, cùm aspicis, quid aliud, q Alabastra, quàm Pyxides eburneas intu nullo dum imbutas odore malo vacuam dumq. sinum molliter explicantes, infun dis à Magistro svauissimis, saluberrimi liquoribus? Adolescentes autem cum ce quid? quæso vides? non audes dicere ego item. Si auderem tamen, me sæpe lia videre dicerem, ita plerique vino m aut spumantes esculentis Ollas, ita ore, moque sunt hianti, atque imminenti, ad

...tenus intemperantiæ, aut Lebetes atros ...cissimosque Cacabos, ita nigrore obliti ...issimarum voluptatum, ad libidinis ignes ...stuant. Sed hæc, ut dixi, attingere non ...eo.

PRÆCEPTORES.

PVERORVM, ET ADOLESCENTIVM,

COMPARANTVR.

Quàm læta, quàm amœna est, felicissimi ...ceptores, Puerilis prouincia, quæ vobis ...tigit, vestræque charitati commissa est ...ra secùs, quàm impedita, quàm mole..., quàm plena negotij, grauiorùm Docto...s artium.

Vos purisimo stipati grege puerorum, Pa...rum instar, *Agnellos* regitis, expertes cor...nuum, illibato vellere nitidos, gestiente na...ra ludibundos, & alacres, innoxioq; den... saluberrimas Latinorum noualium plan...s, per florulenta Musarum viridaria, de pas...entes: Vos *Verveces* plerumq; scabiosos, Ca...osque turpes vitijs olidos, petulcos, petu...ntes, barbigeros, atq. cornigeros agitis in ...errima solidorum pasqua scientiarum im...udenti, ingratoq. cornu arietantes, & ipsũ ...pe ferientes Custodem gregis.

Allegoria ab Auium educatione.

Vos jucundissimè circunvolitantes *Passer...los*, & suauiculos, sine felle *Columbos*, tener...imosq. sine vngue *Pullos*; sub geminas pieta...s, & eruditionis alas colligitis, sensimque ...volandum excitatis, ad veræ laudis api...m: Vos veró, *Miluos*, *Accipitres*, *Struthio...melos*, leuiora dicam, vos *Palumbos*, vos ...*ulos*, atq. *Pullastros*, pretiosis doctrinæ gra...s, magno labore alitis, qui vestris deinde ...eneficijs saginati, maledico subinde rostro, ...nguibusq. impij in ipsos sæpe Nutritios, ac ...rogenitores insiliunt.

Vestras ego dum Scholas cogitatione p
lustro, Pueritiæ Cultores Beati, mihi in H
tulo quodam versari videmini, elegantissi
consito, peruenusti scollucente flosculis
ra herbularum varietate picturato, in quo
quis exavditur garritus, si quod murm
excipitur, garritus est gratissimus Avicul
rum, & rivulorum lene murmur, lapillis o
cursantibus obloquentium, aut tener Agn
rum balatus, aut blandæ quærimonie Tu
turum, aut gemebundæ voces Columborum
Vestras avtem dum oculis, animoque pere
ro Exedras, Tutores Iuuentutis infelice
non Scholas, sed *Syluas* (date veniam si pa
lo liberiùs loquar) *Syluas*, inquam cerne
me puto, lenticetis asperas, monstris infe
stas: ferisque infames: ubi haud infrequen
ter tumultuantur Onagri, & Vulpes obgan
niunt, & Molossi latrant, grunniuntq. Sues
Anguesque venenati sibilant; In quibus, u
planius dicam, Nebulones avdaculi blaterā
proterui rigum, delicati torpent, ignavi ja
cent, somnolenti oscitant, fœtent obscœni
tument arrogantes, vani sese iactant, se in
solentes efferunt, seditiosi turbas cient, &
jurgiosi rixas mouent.

DISCIPLINÆ,

PVERIS, ET ADOLESCENTIBVS TRAD
SOLITÆ,

COMPARANTVR.

*Ad ea veniamus, quæ Pueris, & Adolescenti-
bus condiscendà præscribi solent quantumque inter
se discrepent, ex mutua vtrarumque rerum con-
tentione, colligamus.*

Illis, Grammaticæ quisquilias, putidasq
rudimentorum minutias explanamus, qua
videlicet ratione, sint maritanda verba ver-
bis, & nominibus illiganda nomina, & pro-
paganda coniugio phrasium, & copulatione

par-

particularum, familia vocabulorum: Istis, Eloquentiæ divinam vim aperimus æternæ Sapientiæ veneranda placita patefacimus, avgustiora rerum adyta, arcanaque naturæ pentiora, sub aspectum subijcimus, & in propatulo collocamus.

Illos docemus, quo verba modo inflectenda sint; Hos quo modo à vitijs deflectendũ illos, quo pacto nomen, Hos, qua ratione, culpam declinent. A nobis discunt illi; vocum; Isti morum concordiam. Senos illi nominum, innumeros isti, humanæ vitæ Casus examinant. De litterarum illi Elementis balbutiunt. Isti de mundi Elementis peracuté philosophantur. Illorum deniq. linguã acuimus; Istorum efformamus animos: Illi, ne inquinatè dicant; Istine inquinati viuant, dicantque bene, & meliùs agant.



PROGYMNASMA IIII.

DE FABVLA, ET NARRATIONE.

GENERATIM.



QVIA *Narratio est quoddam quasi genus.* Fabulam, & Historiam *tanquam partes complectens, seorsim explicanda esse duxi, quæ non minus Fabulam spectant, quã Narrationem. Virtutes enim, vt mox dicam, & Ornamenta, quæ vulgò, Historicæ, ac veræ Narrationi tribuuntur, & Fabula quoque, quæ fabulosa Narratio est, attribui debere, nemo neget, vt ex arte fiat. Itaque, ea hoc breui Progymnasmate exponimus, quæ tam Fabulæ, quam Narrationi conueniunt.*

CAPVT I.

VIRTVTES NARRATIONIS GENERATIM SVMPTÆ.

QVÆ sunt Virtutes Narrationis generatim sumptæ, hoc est, seu veræ, seu fictæ, ac fabulosæ?

R. Hæ quatuor: Breuitas, Perspicuitas, Probabilitas, & Suauitas.

Quo pacto erit Breuis Narratio?

R. Si nihil afferatur, quod sit superfluum.

Profer exemplum.

R. En *Cum ensem, quem adolescens ille suspenderat in quodam domus suæ angulo, arripuisset, gladium strinxit, & inimicum insectatus est, tandemque comprehensum percussit, atque interfecit.* Hæc Narratio nugatoria est, & ineptè longior. Breuis esset, ac melior si ita diceres. *Arrepto gladio, fugientem assecutus inimicum interemit.*

Quomodo reddetur Perspicua?

R. Perspicua, seu Clara existet, si verbis usitatis proprijsque constet; si vitetur rerũ, & personarum nimia multitudo; si longiores omittantur, verborum, ac sententiarum circuitus: si deniq; tollatur omnis ambiguitas.

Da exemplum, in quo appareat hæc Ambiguitas.

R. Do. *Cum constaret, Priuignus occidisse Vitricum domi suæ dormientem, ad Iudicem, eius nomen delatum est.* Quid obscurius? Nam quæso vter est interfector, & interfectus? Et illa domus, cujus est? Priuigni, an Vitrici? vaticinare.

Qua ratione fiet Probabilis Narratio?

R. Probabilis reddetur, seu credibilis, ac verisimilis, si nihil, contra decorum peccabitur; hoc est, si nihil dicet quod nõ cõueniat personis, ac rebus nihil quod loco, ac tempori non congruat.

Prome Exemplum.

R. Si diceret quis, *Pictorem se vidisse, vtroque orbatum oculo, præclaras imagines coloribus exprimere solitum.* Careret illa Narratio, probabilitate;

itate; id enim fidem superat.

Quomodo Svauis erit?

R. Primò. Si verbis uteris elegantibus, nitidis, lectis, & sonantibus, ipsique rei quæ narratur, maximè congruis. Secundò, Si in ipso Narrationis decursu, Expectationes cõcitabuntur; Si Motus animi interponentur, ut letitiæ, metus, iracundiæ, &c. si Colloquentes personas induxeris, si denique Exitus occurrent inopinati, ac felices, quo vel audienti, vel legenti, accidere jucundius nihil poteſt.

Declara id Exemplo quodam.

R. Non Exemplum erit, sed Exempli particula, de morte Ciceronis. *Popilius ad lecticam, quá Cicero vehebatur approperans stare jubet Lecticarios, extractumque Ciceronem obtruncat.* Hæc narratio insvauis est, ei Svauitas conciliabitur, si motus quosdam, si & colloquia inseres, hoc modo. *Vt minùs lectitam Ciceronis, aspexit Popillius, ad illum citato cursu contendit Hispatus, ut erat armatorum militum globo, atque vbi audiri vox potuit, clamans, manumque prætendens, State, inquit, Lecticarij famuli. Exterriti parent illi. Lecticam milites cingunt: Tum minaci voce Popilius; Vbi Herus vester, Vbi Cicero? Qui audiẽs se nominari, seque vnũ peti; profert è lectica caput. & Popilium irato vultu intuẽs, En inquit feri carnifex, hoc caput amputa, & ad Antonium defer. Ille nihil contactus, gladio quem tenebat, ceruicem abscindit.* Narratio ista, nonne prima illa svauior est, ac venustior?

CAPVT II.

ORNAMENTA NARRATIONIS

QVæ sunt Narrationis Ornamenta?

R. Ea, sine quibus, nuda, simplex, incompta, & injucunda Narratio est.

Quotuplicis sunt generis?

R. Duplicis; Alia sunt in verbis posita; Al in sententijs.

ORNAMENTA IN VERBIS POSITA.

Quænam illa sunt Ornamenta, quæ i verbis sita sunt?

R. Hæc, præ cæteris.

PRIMVM.

Verba hæc, *inquit ait*, & si quæ simili sunt, apté reliquæ dictioni alligantur, quo fit, cùm nec initio, nec in fine sententiæ po nuntur, sed post vnum, alterumue verbum hoc modo.

Tum ejus mater: Non sum, inquit, nescia, vn de venias, id de odore satis intelligo. Cum ille, cauponа se venire fassus esset. Censesne, inquit, ta tum dedecus me laturam diutiùs? Quid enim com misi mali? respondit ille. At mater: ò impudentem! inquit; etiam quærit, quid mali commiserit fureι fer. Hic filius, conuicio exasperatus; Mene, ait, habes mater famuli loco? Cui illa; Non famuli, res pondeas, sed nequissimi mancipij. Siccine verò, in quit, ille filium amas. Siccine verò refert illa, tu matrem colis.

Habes in hoc exemplo omnes fermè con nectendi particulas, quoties colloquia, in Narrationibus fieri necesse est: Aduertendũ, tamen, his vocibus, *ait inquit*, & similibus, plerumque præmitti participia. Vt.

Cæterùm Imperator, sicut curru eminebat, dex trà, levaque, ad circunstantium agmina, oculos, manusque circunferens; *Adeste, inquit, Milites, erigite animos, victoria nostra est.*

Ergo primos ordines, vt pulchrè sedebat in equo, obequitans Alexander, simulque ad confertos, cu neos, protendens *manus, certandum, inquit, Commilitones.*

SECVNDVM.

Præsens tempus, pro præterito, in Narra tionibus, eleganter vsurpatur. Vt.

Phile-

Philodomus rogat Rubrium, vt quos ei commodum sit, ad cœnam voces. Ille suos familares inuitat; Maturè veniunt, discumbitur fit sermo inter eos, & inuitatio, ut Græco more biberetur, hospes hortatur poscunt maioribus poculis; celebratur, omnium sermone lætitiaq, conuiuium. Cicer. 3. in Ver. 95.

Cum mulierem adijsset, rogat, domum illam sibi vendat; negat illa primum: at ille vrget: Quid multa? Emit homo cupidus, & diues; præsentem numerat pecuniam: eadem die, suppellectilem importari imperat, iubet conduci bajulos, & carrucas.

Obserua in hoc vltimo exemplo, Nominatiui verbo postpositi elegantiam, his verbis. *Emit homo cupidus, ac diues.* Dicas similiter: *Vendit mulier callida, & auara. Simulat vafer adolescens se non audire.* Quos Nominatiuus, aliter si recte exprimas. *Emit homo ni mirùm callidus, & bene nummatus*, vel, *quem harum adiungi cupissimum esse constares.* & sic de alijs.

TERTIVM.

Plures infinitiui sepè congeruntur suppresso verbo, unde regi possunt, suppressis etiã, alijs quibusdam vocibus, ac particulis, ut in hoc exemplo videre licet, quod habet Tullius, exponens quo pacto Verres, Candelabrum gemmeum, Regi Antiocho, per fraudem eriguerit, cùm illud rogasset afferri domum suam, perspiciendi causa. 6. in Verr is 3.

Affertur Candelabrum à Regis domesticis ad Verrem, qui cùm jam satis illud perspexisse videretur, illi tollere incipiunt, vt referrem. Iste ait, se velle, illud etiam atque etiam considerare; nequaquam se esse satiatum; iubet illos discedere, & Candelabrum relinquere. Sic illi tum inanes ad Antiochũ reuertuntur. Rex primò, nihil metuere, nihil suspicari. (*Subintellige,* poterat) *Dies unus, alter plures,* (*Subaudi*, abeunt) *non referri: Tum mittit Rex ad istum, si sibi videatur, ut reddat. Iubet iste postridie, ad se reuerti. mirum illi videri;* (*Supple*, incipit.) *mittit iterum. Non redditur. Ipse hominem appellat, rogat, vt reddat, &c.*

QVARTVM.

Participia, & verba ejuſdem tempori nonnunquam ſcitè conglobantur. Vt.

Quid memorem, ille bello euerſa ædes, direptu ærarium, expilata templa, exinanitas vrbes, e auſtā prouinciam, villas incenſas, abacta pecora.

Quid non agebat? quod non moliebatur, vt id h neris conſequeretur? Ibat, redibat, circuibat, cu curſabat, prehenſabat blandè obuios, hos ſalutati nibus, illos amplexibus, alios fatigabat oſculis, nu quam ceſſabat, nunquam quieſcebat.

Huc referri poſſunt, Obliquæ oratione quæ multùm quoque vetuſtatis, Narratio efferunt.

Sic Liuius, ubi narrauit, Fabios Romano rum nobiliſſimos, ejuſdem nominis, ac fami liæ, trecentos ſeſe obtuliſſe, ad pellendum hoſtem á caſtro quod inuaſerat, hæc ſubiūgit

Hic vero populus Romanus tollere in cælum Fa biam gentem (Subaud cœpit) irent fauſtis aui bus, tu hoſtes imperij apponerent ſe alea, & peri culo omni gererent bella reip. Si plures tales fami lia exiſterent, nullos breui Romanis hoſtes fore. In hujuſmodi locutionibus, ſubintelligitur hoc verbum Hortari eos cæpit *populus, ut irent, ut ſe op ponerent, &c.*

ORNAMENTA IN SENTENTIIS POSITA.

Quænam illa Ornamenta ſunt, quæ in ſen tentijs conſiſtere dicis?

R. Sunt Figuræ quædam nobiliores, quæ ſi ſuo ponantur loco, narrationem mirum quantum illuſtrem reddunt. Hæ veró ferè adhiberi ſolent.

HYPOTYPOSIS Vt. *flammatus irâ egredi tur domo; ardebant oculi, emicabat ab hore furor, horrebant capilli, &c.*

DVBITATIO. *Quid aget miſera? quam ſe in partem confert? ad quem confugiat? cujus opem implorat? Patris in vincula coniectus eſt. Fratrem abducti ſunt in ſeruitutem. Propinquorum? aufu gere omnes.*


SVSPENSIO. *Quid deinde factum cenſetis?*

Captem,

aptam esse puellam illecebris, nullo modo. Cessisse ... nimis? non cessit. Vim passam esse? non est passa. Quid igitur facere potuit, Columba imbellis inter ungues Accipitris? Dicam, audite. Excisam sibi linguam, in os impudicè expuit; quo illo telo ictus, ictusque, cessit loco.

COMMVNICATIO. Qui hæc legis, quid ipse ageres, si ejus loco esses. Quid consilij caperes. Vel. Quare à vobis, qui hæc auditis si vestra in eo essent loco; quid vobis agendum esse censeretis? Fugam arriperem, inquiet aliquis, nec resisterem. At hic adolescens restitit, certamen iniit, adversarium armatum inermis abiecit.

EXCLAMATIO. Filiam exturbavit nuptiali thalamo, & Genero nupsit. O mulieris scelus incredibile! O libidinem inauditam! non timuisse hominum famam? non dedecus æternum? non furiarum ardentes tædas?



PROGYMNASMA V.

DE FABVLA.

HACTENVS Narrationem spectauimus generatim acceptam, prout scilicet res tam fictas, quàm veras explicat. Cùm res sunt fictæ, Fabula dicitur cum vere, Narratio propriè nuncupatur. De illa primùm; tum de ista agendum detur, vt institutum ab Aphthonio seruemus ordinem:

CAPUT I.

FABULÆ DEFINITIO, AC NOMINA.

QVid est Fabula?

R. Est sermo falsus, veritatem effingẽ: hoc est; Falsa quidem, & ficta Narratio est, at sub fabuloso verborum cortice, veritas semper latet aliqua, & vtilis sensus.

Quas Appellationes vulgo sortita est?

R. Varias: Modò *Sybaritica*, modò *Cilix* modò *Cypria* dicitur.

Athen. lib 22 Vnde *Sybaritica* nomen traxit?

R. Quòd Sybaritæ, Græciæ populi, effœminati, ac molles fabulosis, parumq; pudicis sermonibus oblectarentur. Eos certè nonnulli scribunt, delitijs immersos, luxuq; diffluentes, adeo exhorruisse, vel vmbram laboris, & cujuscumque levioris incommodi, vt nullum opificium admitterent in vrbes, quod cum strepitu exerceretur; imò, edicto cavisse, ne quis Gallos Gallinaceos intra vrbem aleret, quod eorum cantu, abrumperetur dormientium somnus.

Cur *Cilix* vocata est?

R Quòd Cilices Asiæ populi, ob corruptos mores, fabularũ vanitate pascerẽtur, anilibusq; cõmentis, ita mẽdacijs assueti, vt in prouerbij locum abierit, Κίλιξ οὐ ῥᾳδίως ἀληθεύει *Cilix haud facilè verum dicit.*

Quare *Cypria* dicta?

R. Propterea quòd apud Cyprios, Cypri insulam incolentes, Fabulatores magno in loco essent, & magnus Fabularum vsus.

Quamobrem *Æsopica* appellata est?

R. Quid rogas, quod neminem latet? Quis enim, nescit Æsopum; omnium ingeniosissimè scripsisse fabulas? easq teri solitas omniũ manibus; sic vt haberetur ille olim ignauissimus, qui eas non didicisset. Ex quo etiam natũ illud adagium. *Ne Æsopum quidẽ triuisti.*

CAPUT II.

FABULÆ VARIETAS.

Quot sunt genera Fabularum?

R. *Varia. Aliæ si quidem dicuntur* Rationales, *aliæ* Morales, *aliæ* Mixtæ.

Quid vocas Rationales *Fabulas?*

R. *Illas? quidpiam fingimus ab homine dictum, vel factum, quod re vera neque dictum, nec factum fuit.* — Fabula rationalis.

Da Exemplum *aliquod.*

R. *Libens dabo.* Medicus ægrotum curabat; quem deinde mortuum, cùm efferri videret ad sepulturam, si vino inquiebat clamans, sic abstinuisset in morbo, nequaquam obijsset. Cui circunstantes propinqui, Ne tu respondêrunt, stultè sapis, qui post mortem, morbo præscribas medicinam:

Nempe, succurrendum est laboranti, cum tempus est. — Affabulatio.

Quas dicis Morales *Fabulas?*

R. *Quæ morem, seu naturam, & indolem belluarum exprimunt, valentque ad hominum mores formandos.*

Da Exemplum. — Fabula Moralis

En breuissimum. In theatro, cùm invenisset aliquando Vulpes, personæ laruam; O præclarum, inquit, caput si cerebrum haberet!

Quæ fabula in illos conuenit, quibus honorem, & gloriam fortuna concessit, quibus etiam eximiam corporis speciem natura tribuit, sensum verò communem abstulit. — Affabulatio.

Quæ vocantur Mixtæ?

R. *Quæ ex Rationali, & Morali compactæ sunt* (*est*), *in quibus, homines cum belluis sermocinari finguntur.*

Cedo Exemplum.

R. Mustela ab homine prehensa, cùm instantem necem effugere vellet: Ah! quæso, inquit, mi homo parce, cur necare me vis, quæ tibi Muribus purgo domum? Id tu, respondit ille, mea causa si præstares, ac non — Fabula mista.

potius tua gratum accideret, quod facis, niamque darem supplici; At quòd Mures o cidit, vt golæ tuæ seruias, & quæ illi co roserint, consumas vanum est, quod iact beneficium. Nunc ergo morere. Fecit M stela imperata; fuste quippe contusa, vita cum morte commutauit.

Affabulatio. Hoc sibi dictum putent, qui meritum in ne prædicant, dum suis vnis student em lumentis.

CAPVT III.

FABVLÆ SENSVS.

Quælibet Fabula, habetne sensum aliqué

R. Plané; Quemadmódum enim nu la pictura est, quæ non aliquid repra sentet; ita nulla Fabula esse potest, mod scité, & ex arte sit ficta, quæ cujuspiam no sit imago veritatis.

Sensus iste, debetnè verbis exprimi? quo ties Fabula narratur?

R. Plerumque solet indicari; quòd mult esse possint ex ijs, qui audiũt, vel legunt fabu las, qui earum sensum, minimé intelligant nisi explicetur.

Quo Fabulæ loco, explicandus hic Sen sus est?

R. Vel initio, vel in fine; hoc est, vel an tequam exordiaris, vel postquam absoluer fabulam. Si primo loco ponatur, dicit *Præfabulatio*, Græcé προμύθιον? si vltimo l co, Affabulatio; Græcè, ἐπιμύθιον a pellatur.

CAPVT IV.

FABVLÆ VTILITAS.

Quæ Vtilitas Fabulæ?

R. Multiplex: *Delectat* enim, *docet*, *monet*. Cur

Cur Fabula *delectat*?

R. Causam esse puto duplicem hujus de-
lectationis, vel quòd in omni fabula eventus
periatur aliquis inexpectatus, qui efficere
nimum solet sensu voluptatis jucundissimo;
el quia omnis imitatio cujuscunque rei, pa-
it delectationem, tantò maiorem, quantò
propriùs accedit ad naturam.

Quomodo Fabulas delectare ostenderes?

R. Ratione primùm, vt jam ostendi, tum
experientia. Quis enim non arrigat avres si-
mul, ac avdit enarrari fabulam? Testes Athe-
nienses, quos cum Demosthenes, apud illos
agens de magnis rebus, non haberes atten-
tos; hoc Apologo, seu Parabola (vtrumque
idem est, ac Fabula) attentionem excitauit.

Asinum conduxerat adolescens, Athenis Megaram iturus; eumque flagrante jam meridie (æstas enim erat.) calor cæpisset esse vehementior, sub Asini ventrem se coniecit, ut vmbram captaret. At is qui locarat Asinum, illum inde cæpit propellere, asserens se Asinū locasse non Asini vmbrā. Fabula de Asini vmbra.

O'νον σοι ε'μισωσα ου'χ ι'σκι'αν: *Hinc rixa, & lites, hinc risus pariter, & voluptas, & quod caput erat, summa attentio.*

Quid docent Fabulæ?

R Qua ratione, instituenda vita sit, & mo-
res temperandi, seu quod idem est. Quæ
virtutes exercendæ, quæ fugienda sint vitia

Rem ostende in Exemplo.

R. Faciam. *Cum Lupi Faucibus os deuoratum hæreret, & precluderet spiritum, magno dolore victus, obuios omnes rogare cæpit, sibi ut illud malum extraherent. Victa est, & persuasa Grus, precibus, & promissis Lupi; & gula immani, credens colli longitudinem, periculosam laboranti medicinam fecit, os rostro eruens; Operatum præmiū poscit. Cui Lupus, Ingratissima volucrum, quid præmii requiris. An non satis magnam recepisti a me mercedem; quod incolumne caput, ore abstuleris meo? Docet Fabula hac, haud tutum esse opē ferre improbis, nec vllam meriti ab ijs expetendam esse mercedem.* Fabula, de Grue & Lupo.

Moventné præterea Fabulæ, animos au
dientium. R. Ita

R. Ita prorsùs.

Quo exemplo id probares.

Exemplo Menenij Agrippæ, qui plebem Romanam, quæ in Sacrum montem secesserat, ad Patrum auctoritatem, concordiam revocauit, præclarissimo isto corporis humani Apologo. Sic autem illum narrasse ferunt.

Fabula de Ventre, & Mēbris alijs.

Tempore, quo in homine, non ut nunc; omnia in vnum consentiebat, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerit, indignatas reliquas partes, sua cura, suo labore, ac ministerio Ventri omnia quæri: ventrem in medio quietum nihil aliud quàm datis voluptatibus frui: Conspirasse inde, ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent: hac ira, dum ventrem domare vellent, ipsa vna Membra, totumque corpus ad extremam tabem venisse: inde apparuisse, Ventris quoque haud segne ministerium esse: nec magis ali, quàm alere eum, reddentem in omnes corporis partes, hunc quo viuimus, vigemusque, diuisam pariter in venas, maturum confecto cibo sanguinem. Comparando hinc, quàm intestina corporis seditio, similis esset iræ plebis in Patres, flexisse mentes hominum.

CAPVT V.

FABVLÆ VSVS, ET ARTIFICIVM.

Liceтne in re seria, & sermone graui adhibere Fabulas?

R. Licet, sed rarò: videndum siquidem, quid res, ac decorum patiatur: tuncq; præfati conueniet, *a viris priscis, ac sapientissimis, ista non sine causa, fuisse conficta, neque temere ita jam seculis, magno mortalium consensu fuisse celebrata.* (Deinde, quid sibi voluerint, interpretabimur, in hunc modum, v.g.) *vt enim aptissimo figmento significarent, hominem avarum, tam non habere quod habet, exhibuere nobis Tantalum quendam, medijs in aquis, æterna siti cruciatum, &c.*

Quo

Quo artificio texendæ sunt Fabulæ?
R. Eodem prorsùs, quo Narrationes verę?
bent nimirum, quod iam monui, quatuor
bere virtutes, scilicet, Brevitatem, Pespi-
itatem, Suauitatem, & Probabilitatem.
Quid opus est Probabilitate in Fabulis, in
ibus nihil est quod verum sit, aut vero si-
ile?
Opus est tamen. Etenim quamvis probabi-
, credibileque non sit, Belluas loqui, v g.
more hominum, colloquia miscere, idque
pugnet penitùs earum naturæ: Attamen,
voce, & ratione vterentur, haud dubiè,
iter Vulpes loqueretur, aliter Gallina; illjus
im indoles subdola, tortuosa, & multiplex,
jus ingenium simplex, & rectum: Aliter
pus, aliter Agnus ageret; nam ille rapax
ferox natura, hic contrà mitis, ac mini-
è maius. Itaq; si pecudibus illis, quas ra-
one uti fingimus, quippiam attribueres, ab
rum natura abhorrens; v g. Si Mures iu-
cerés avdaces, Ceruos lentos, Columbas
udeles, benignos Accipitres, & Vulpes sto-
das, peccares contra decorum, tuaq; Fa-
ula, *Probabilitate* careret. Nam si fabulan-
um, & sine fraude mentiendum est, id non
eptè, sed ingeniosè, ac grauiter facere
onuenit
Suntne figuris illuminandæ Fabulæ?
R. Quis dubitat? Cum enim sunt Narra-
ones, vt supra monui; habere quoque vir-
tem illam debent, quam *Suauitatem* dici-
us, Narrationi propriam, & quę figura-
m præcipué ornamentis excitatur, vt di-
um est, clariusque patebit his Exemplis,
æ hic appono.

CAPVT VI.

FABVLARVM EXEMPLA.

N his Exemplis, obseruare licebit discrimen, quod interjecit, inter Fabulam stylo simplici textam, eam, quæ ornatum habet.

F A-

FABVLA.

DE AGNO, ET LVPO.

STYLO SIMPLICI.

SIti Agnus æstuans, ad rivum venit; a quem pariter accessit Lupus ad bibend. Cumque superior staret Lupus, & Agnus in ferior; Ille tamen jurgij causam captans, A gnum accusat, quod turbet aquam pedibus. Hic modestè negat, fieri id posse, cùm a ipso Lupo riui vnda decurreret. at maledicti: inquit Lupus, me proscidisti ante sex mense. Neque id accidere potuisse, respōdet Agnus cùm nundum natus esset id temporis. At tu certé pater maledixit mihi, subdit ferox, a que ira correptum lacerat.

Affabulatio. Sic adornare calumnias, & opprimere Innocentem, non est difficile.

EADEM.

Stylo ornatiore,

Ad riuum Agnus venerat, sitis levandæ causa. Lupus huc etiam accurrit, magis prędæ, quàm potus desiderio, ac potiùs stimulante fame, quám siti *a* Dum bibit Agnus, terribilem in aqua videt umbram Lupi, totusque contremiscens tenellis artubus, hæret pes culus, ipso in vestigio, nec caudam, caputque mouere misellus audet. At Lupus, saevce improba rixas moues, illumque lacerandi occasionem aucupans: *b* Heus, inquit, audacule, non cessabis, mihi aquam turbulentam bibenti, facere lutulentis pedibus tuis? Heu tu, ó bone Lupe, audaculum appellas, qui præ timore, tuique reverentia, vix pedibus cōsisto? Non absistes, inquam reponit Latro, turbare aquam mihi. Cui Agnus. Qui possum, quæso facere quod quereris, Lupe humanissime? Vix, heu! primoribus labellis tinum attigi, vix extrema libavi vndam lingula. Mentiris, impudens, turbasti laticem lutulenta

a Hypotyposis, & Ethopœia.

b Sermocinatio

tulenta

ulenta ad me fluit aqua. Ad! quid ajs. Lupe nobilissime? Non ego certé sum, nec esse possum. Nonne vides, à te decurrere liquorem ad meos havstus? Obmutuit hic Lupus, ratione repulsus tam evidenti: sed mox ad alia se vertens, nouum crimen comminiscitur. Non meministi, inquit, proterue, quàm ante sex menses, maledicta in me ingesseres, é stabuli fenestra, minas intendens trãseunti? Bona verba, Heros Syluarum inclyte; non cohærent quæ dicis, verbo sit venia: Nam qui tres tantùm sum menses natus, qui potui, ante sex menses, tibi maledicere? Atqui perinde est; inquit immanis, mihi tù, aut ve pater maledixerit; Ille certè in me conuicium iecit non semel: æquum est, parentis pœnas, iniquus luat natus. Quo dicto, in illum insilit, correptumque dentibus, crudelisimè deuorat.

Quis enim labor innocentem, structis calumnijs insectari, opprimere, perdere? Quàm multi, etiamnum hodie, Agnis imbellibus haud absimiles, cedunt in prædam hominibus, & imbecillibus lupis, spoliantur bonis, fama exuuntur; & priuantur, si minùs vita, at vitæ commodis! Affabulatio

---

F A B E L L A.

DE CORVO, ET VVLPE.

RVSTILLO.

QVi Lavdatores libenter audit, Fabellam hanc attentè avdiant.

Corvus raptum de fenestra caseum comedebat, celsa residens arbore. Hunc cum vidisset Vulpes, lavdare cœpit pennarum nitorem, & decorem capitis, totiusque corporis elegantiam: unam, ait, desiderati vocẽ; quam si haberet, nullam fore alitem, ipsi temperandam. At ille demens, vt ostendat, sibi nec deesse vocem, & canoram quidem, Præfabulatio.

ac

ac suavem, se ad canendum dum se comp
rat, caseum emittit rostro, quem celeri
dolosa Vulpes, auidis arripuit dentibus.

EADEM.

STYLO COMPTIORE.

Sedebat Coruus in excelso arboris ram
caseum quem rapuerat è fenestra proxin
villæ, pari auiditate, voluptateque comede
Hunc vidit Vulpes, & inuidit, & lingua
bi lingens rostrum, iam caseum devora
oculis: spes tamen, optato potiundi ci
affulget nulla, quamvis usque arborem so
cité circumeat, versetque se in omnem p
rem. In una tandem spes omnes vafritie
git, ac locat. Ad solitas se vertit techna
deiectoque humi tergo, collum, ac rostru
erigit, & aures simul arrigit obtutu in co
uum defixo: Aduertit Coruus speculanten
& crocitans: Quid contueris, inquit vers
pellis? *d* Te ipsum, respondet Vulpes, te i
tueor, Corue mi elegantule; nam hercl
tuarum me pennarum splendor, in admir
tionem ita rapit, ut vix ubi sim, satis sciar
Nihil equidem memini, me vidisse pulchriu
nihilq; venustiùs, ore illo tuo, & capite
hil vidi augustius, per Apollinem juro, & p
Æsculapium (applavdit interea sibi Coruu
Proh quantum decoris corpore, & vultu
ris! Ita me Di ament, ut mihi videris i
formosior formositate. O si quantum p
cellis speciei dignitate, aves cæteras tant
præires voce! Ne tu absolutus fores num
ris omnibus, nec ulla esset volucris, usq
adeò temeraria, quæ venire in tuũ consp
tum auderet, nedum, tecum de palma co
tendere. Coruus, qui jam plus voluptat
commemoratione illa lavdum perciper
quàm suo caseo; agit primùm, ut dec
Vulpi grates; se tamen non destitui voce
serit: Et dabo, inquit, cantu clarum spe
men, simulq; cantilenam occinit, simulq
caseum emittit. Hunc Vulpes compreh
den:

c Etho- paias

d Lauda tio assen- tatoria, & hyper bolica.

ens fugit, & fugiendo abliguit, illuso Cor-
o turpiter, qui cantu in gemitum verso, sto
ditatem cæpit suam deplorare, atque dam-
are, at sero nimis.
Sic capiuntur stolidi laudum venatores. Sic
iescantur, inanis gloriæ, vesani avcupes:
Quid enim faciunt, dum præbentes adulan-
ium vocibus patulas aures, indulgent arro-
antiæ? Effundunt bona, rem familiarem di-
ipidant, existimationem amittunt, maxime-
ue tum deluduntur, cum laudantur.

FABVLA.

DE BOMBYCE, ET ARANEA:

STYLO FLORIDIORE.


'Rrepserat aliquando svaveolentem arbus- e *Descriptio.*
culam Bombyx; eodemq. forte Arena scā-
:rat, ibiq; tendens utraque, tabernaculum
oliebatur quæq; suum, pari sedulitate in-
imbentes operi: Cùm laborem interruptus
ombyx, relaxandi animi gratiâ, ab suo vel-
re crura tantisper aliò, & curas abstrahit.
ircunflexit ergo molle collum, & oculis
errat; rami in quo struebat nidum, singu-
s curiosé perlustrans frondes. *f* At ecce ti- f *Ethopæia.*
, ô fœdum spectaculum! Aranea sese vi-
ndam objicit, è regione texens telam. Mi-
tur venenosæ impudentiam, Bombyx; nec
ra calet continere stomacū; & bile turgens
ta, g Quæ te inquit, infectorū teterrimū, quę g *Increpatio.*
has oras, aura pestilens aduexit, ut flora-
ntum hunc rorem marinum, sordibus infi-
res tuis? Audit incessantem Aranea, eri-
tque tibias ingentes, iactansque contem-
im ceruiculam, Desiste, inquit, desiste
mbyx optima, æmulam lacessere maledi-
s. Æmulam te dicere audes, ait Bombyx?
emeritatem non ferendam! ó stultitiam
:redibilem! Cui continuò Aranea; In te,
vilis

vilis vermicule, in te cadunt convicia in me jacis: Nam quid te stultius, ma temerarium, qui valentiorem irritas ho vis, in arenam descendamus modò? vi su certemus? vis pugnemus aculeis, & tibus? Hic bombyx: Noli vires jactare; te morsu, ac veneno, superiorem haber minem, imò nec parem: hac in re tibi lé concedo palmam. Instat Aranea, n mus sanè rixas; vis contendere mecum leritate operis, artisque solertia? vide lix, vide qua pernicitate, quantaque m natione, ex utero, fila deproperem, sta deducam adnectim subtegmina orbe circ to, indissolubilique nodo implicem: En ce, ut à centro meum percurro, pervolito rete agilis, (hæc cum diceret, telam perc rebat) Cerne, vt ab extremis in meditul recurro, puncto temporis, & è meditul rursùs, in ditionis meæ fines remigro, bemque circumeo totum; dum tu ignav ines, eodem hærens loco, nihil agi aliud, l ta illa inflexione corporis, quàm stupas, e euomis. A Bombyx, lætus huc sermonem f xisse Araneam; hinc adeo intelligeres, inqui facilè si valeres mente quantò te sim præst tior, cujus, quem vocas vomitum, passim h mines omnes exquirunt, amant, ambiu Meo vellere, si nescis. Consulum præte texitur, Regumque trabea, & sumptu Matronarum nobilium mundus. Hac, q ru, per ludibrium stupam dicis, deco aulæ Principum, adornantur thalami, te nitet aræ relucent. Atque etiam, hic mihi telam iactas, quæ nonnisi in sordi situr mendicorum mapalibus, humilibu casis vilioris plebeculæ. Avde impuden de pedes inferre in lautiores domos; obtrudere fœdissimum os tuum, honora angulo; sed verecunda es, ambitiosa m adeò, facis sapienter, tuam hac in parte do modestiam, & verecundiæ causam times enim tibi ab ancillis, & famulis. rùm mittamus ista, nolo, te pudore

At curſu præſtas; ò celeritatem admira-
m! ò lavdem præclaram! Curris, recur-
procurris, circuncurris, diù, noctuque;
em ad finem? vt incurrentem in tua retia
ias muſcam. Fila deducis, producis, ex-
cas, implicas, circinas quem ad finem? Cu-
em ut implices, Papillionem ut illaquees,
micam ut irretias vnam. At ego, nobi-
, ac ſpecioſas irretire ſoles Virgines: Re-
as induo in meos caſſes, his retibus illa-
o primores vrbium, neque veró violen-
metuo manus, ſed poſtquam ſatis gloriç,
aturæ vixit ſpontaneam occumbo morte,
aſque meus, illuſtre mihi mavſolæum eſt.
ta parabat dicere Bombyx, in tam illuſtri
ſans argumento, cùm Aranea, in cujus
tore, inuidia iam dudum, itaque ex æquo
tabant, in hoſtem cœpit irruere magno
etu; transfixura dente pectus, aut effoſ-
a oculos. At prævertens Bombyx, in ſuũ
caſtellum recepit opportunè, ridens ab ar-
erica, hoſtiles invidiæ conatus, & arie-
pnes irritas. Verum enim verò, dum hęc
untur, illac tranſit Ancilla hoſpitij pro-
i armata colū: jurgantium inavdit cla-
s ſubſiſtit, aduertit oculos, cernit Ara-
m, Bombycis obſidentem propugnaculũ;
iſera exclamat, quid iſtic agis? væ tuo
ri, væ longis cruribus tuis. Verba exci-
baculus impactus; Aranea corripit fu-
; fugientem puella inſequitur, depræ-
dit tandem, deturbat, poterit, prætentaſ-
confundit telas, & pluriũ dierum opus,
nento deſtruit; Bombycem veró laudat,
cet, coronat viridanti fronde.

Sic deſtruentur, Homo inconſultiſſime, *Affabulatio.*
itiones illæ tuæ omnes, ac labores vani,
us animum, & corpus, diu noctuq. con- *Apoſtrophe.*
tameſi cum Aranea eviſceres uterum;
nſumas cum vita omnem induſtriam, ſic
am, deſtruentur, ſi ut Aranea, muſcas ve-
, hoc eſt, ſi avcuparis exiſtimationem
inum volucrem, leviſſimamque gloriolæ
n, & à caducis rebus voluptatem ca-
ptas

ptas inanem, aut turpem quæstum. Ir
ex improuiso, inopina mors, spesque om
opesque operamque dissipabit, æternoq.
ciatu torquebit corpus, vexabit animum
vos illustres animæ, quæ uni gloriæ div
dicatis vitam, & vitæ curas, nobiliaque f
molimini; vos alius, felicior vos maner
tus: Clavdetis nempe vitam. Bomb
more, nominisq; vestri memoriam, monu
to lavdum, quas vobis ipsi texuistis, lab
bus immoriemini: vobisque tumulus, c
na fiet, & sudarium sepulcrale, purpura
feretrum, thronus, & mortis spolia, meli
vitæ trophæa. Hæ manus, tantorum effec
ces operum, ut in hoc etiam sitis Bomb
similes, in alas vertentur, quibus post m
tem etiam, astra superetis, impleturi cœl
ac terras fama memoriæ: & factorum glo
Nimirùm, non laborem, sed laboris fin
spectat Devs.



PROGYMNASMA VI

DE NARRATION



FABVLOSA, *ad veram*
prieque dictam Narrationem
venimus: De qua, vt ex A
nij mente, ordine differamus
plici Capite, nobis dicendum
1. Quid sit, & quotuplex N
tio, 2. Qualis esse debeat. 3
pla quadam narrationum afferemus.

C

CAPUT I.

QUID, ET QUOTUPLEX SIT NARRATIO.

Quid est Narratio?
R. Est expositio rei factæ, vel tamquam factæ.
Cur addis; *vel tanquam facta?*
R. Quia narrationes quædam sunt, rerum ...tarum, ut mox dicemus, quæ nunquam fa...æ fuerunt, ita tamen ingeniosè pruden...rq. confictæ sunt, ut veré factæ videantur.
Quotuplex est Narratio?
R. Triplex. Poetica, Historica, & Civilis ...*singulis pauca seorsim dicenda sunt.*

DE POETICA NARRATIONE.

Quid est Narratio Poetica?
R. Ea est, quæ res exponit, fictas quidem, nunquam factas, sed quæ fieri potuerint: ...jusmodi sunt Argumenta Comædiarum.
In quo differunt, Narratio Poetica, & ...bula?
R. In eo, quòd hujusmodi Narratio, res ex...cat, quæ tametsi fictæ, fieri tamẽ potuerunt, ...dicebam modò. At verò Fabula ea memo..., quæ neque facta vnquam fuerunt, neque ...ri vllo modo potuere.
Quot sunt Narrationis Poeticæ genera?
R. Tria. Actiuum, Enunciatiuum, & Mistum.
Quod est Actiuum genus?
R. Illud est in quo res ficta, nõ verbis enar...ur, sed quasi gereretur, personis, & Actio...us exprimitur, uti fit in Comœdijs. Pro...reaq; Græci, hoc genus Narrationis Poe...ε δραματικὸν vocat, id est, *Actiuum:* ...μα enim *Repræsentationem*, siue *Actum Co...diarum* significat: & nos Latini *Drama* di...us: Appellatur etiam μιμητικὸν, hoc *Imitatiuum*, quia Personæ, in theatris, illas quasi olim factas imitantur, & agẽ-

do,

do, spectandas exhibent.

Quod est Enuntiatiuum Narrationis Poet
cæ genus?

R. Illud, in quo verbis duntaxat, re
à Poeta fictæ referuntur, Ipsum Græ
ἐξηγητικὸν, siue ἀπολογητικὸν, id est
Enunciatiuum, seu *Enarratiuum* appellant.

Quod est Mistum, seu Commune, μικτὸν
vel κοινὸν Græcè dictum?

R. Illud in quo partim sermone, parti
actione, narratio fabulosa describitur.

DE HISTORICA NARRATIONE.

Quid est Historica Narratio?

R. Ea est, quæ rei olim gestæ continet ex
positionem.

Cur illam addis particulam, *olim*?

R. Quia Historia propriè dicta, est rerum
gestarum Expositio, ab ætatis nostræ memo
ria remotarum. Vnde à Cicerone ita defin
tur. *Historia est Testis temporum, Lux veritati
vita memoriæ, Magistra vitæ, Nuncia vetustati.*

Quare dicitur, *Testis temporum*?

R. Quia historia testatur, quid quoq; tem
pore sit factum. Fidem certè nullam habitu
ræ essent apud posteros, priscorum res gest
nisi Historiæ testimonio, & auctoritate co
firmaremur.

Cur vocatur, *Lux veritatis*?

R. Quia rerum gestarum veritas, tempo
tenebris obscurata jaceret in obliuionis
pulchro, nisi lucem ei afferret historia.

Quamobrem appellatur, *Vita memoriæ*

R. Propterea quòd præteritarum reru
memoria, moreretur simul cum corpore,
extingueretur cum vita, nisi illum Histo
subtraheret edacitati temporis, & immor
litati consecraret.

Quorsùm nuncupatur, *Magistra vitæ*?

R. Quoniam docet nos, ea declinare, q
turpiter ab alijs facta: imitari contra, q
præclarè patrata sunt.

Quam ob causam cognominantur, *Nun
vetustatis*?

R. Id

R. Idcircò quia nuncios nobis affert eaum rerum, quæ à primis retro temporibus ;estæ fuerunt.

DE CIVILI NARRATIONE.

Quid est Civilis Narratio?

R. Ea est, qua in forensibus controversijs, causisque judicialibus. Oratores utuntur.

Quo præcipué in genere Orationis, adhibetur hujusmodi Narratio?

R. In Iudiciali, nisi forté cõstaret de re gesta inter accusatorem, seu Actorem, & Patronum, seu Defensorem: tunc enim Narratione non esset opus.

In his Civilibus causis, narraturné res ab ratore, eo plane modo, quo gestæ sunt.

R. Nequaquam, sed pro sua prudentia aliquando nonnulla reticet, alia immutat, alia uertit, alia exagerat, provt causæ necessitas postulat.

CAPVT II.

QVALIS DEBEAT ESSE NARRATIO.

Qvalis esse debet Narratio, ut sit perfecta?

R. Perfecta erit, si prædita fuerit, quatuor his virtutibus, quas suprà recenui; & ijs ornamentis, tum verborum, tum sententiarum, de quibus *a* ibidem disserui-mus:

Recense illas quæso, hic iterùm. a *Pro-gymnasma* 4. *pag.* 233

R. Ecce. Prima Narrationis virtus est, vt aperta, lucidaque; siue quod idem est, vt perspicua sit, & clara. Secunda, Brevis esse debet, ut scilicet, nihil inane, nihil inutile, ac redundans habeat. Tertia. Probabilis sit oportet, vt nihil nimirum afferatur, quod naturę, rationi aduersetur. Quarta. Svauitatem habeat necesse est, id est, sermonis festiuitatem, collognia, varios animi motus.

Quid interest inter Narrationem, Rhetoricę ornamentis splendidam, & eam quę nul-

lum sequitur orationis florem?

R. Tantùm profectò inter vtramq; inter[...] quantùm inter puellam nobilem, & eleg[...]tissimam, pretiosa fulgentem stola, & de[...]mem rusticam, vili, ac plebeio indutā hab[...]

Quo artificio texenda est Narratio, vt q[...] admodum ais, pretiosé fulgeat?

R. Quatuor illis, quas nunc retuli, virt[...]bus exornandam est. Verùm, multò mel[...] respondebo tibi per Exempla, quę modò p[...]feram; in quibus, ceu in speculo quodam[...] spicies, qui differant, ornatæ Narrationes inultis, politæ comptæque, ab inuenustis, oratoriæ ab historicis.

Quid? Historici, non æquè ornatè narra[...] ac Oratores?

R. Minimè, sed munus satis implere fu[...] sibi videntur, si nitidé, & aperté narrent: O[...]tores verò figurarum coloribus narratio[...] suas illuminant, pulchreq; distingunt, vari[...]que, ubi opus est, animorum motibus in[...]tant, & veluti spirantes, ac viuas reddu[...] Sed, ut dixi, planius facient Exempla, qu[...] quæris.

CAPVT III.

EXEMPLA.

NARRATIONV[...]

OMNIS GENERIS.

INcipiamus à Narratione Poetica; cu[...] Exemplum, illud ipsum affero, quod Ouidio desumptum, Aphthonij Scholia[...] attulit; non ipsa Poetæ carmina, quod [...] fecit, huc transcribens, sed quod longè [...]lius fore nostris Candidatis arbitror, oratio[...] soluta, fabulosam illam Narrationem ita [...]pingens.

NAR.

§ I.

NARRATIO POETICA

PYRAMVS ET THISBE.

PYramus, & Thisbe apud Babylonios, forma, ætate, moribus, ac conditione pares, amare pariter inter se cœperant, ab ipsis penè incunabulis. Amorem peperit ædium vicinitas, (erant enim contiguæ) consuetudo puerilis aluit, rara in vtroque forma perfecit. Crescit tamen cum annis amor, & jam ætatē attigere nubilem, inirentque nuptias, proh! quám lubenter! ni parentes abnuerent, ob simultates veteres, quas jam pridem exercebant. Itaque ne quid moliantur liberi, contra quám parentibus placet, colloquio, mutuoque conspectu, ipsis interdicitur. Quid aget Pyramus! Quo se vertet Tisbe, paries erat, domi communis vtrique, & in pariete, tenuis rima, domesticis hactenus ignota.

Quid non sentit amor?

Illam, primi vidistis Amantes;
Et vocis fecistis iter, tuteque per illud
Murmure, blanditiæ, minimo transire solebant.

Transibant, & suspiria; sed transire nequibant oscula, quæ vale dum sibi dicebant, fingebant parieti.

Parti quisque suæ, non peruenientia contrà.

O qualem fatalis illa parietis labes, in amborum pectore, labem fecit! ferre non potest magnus amor eruptionem tā angustam; Amplior est, quam ut rima tam arcta commeet. Ergo statuunt proxima nocte libertatem, qua potiri non valent domi, quærere foris, & in nemus mœnibus proximum perfugere. Constituitur locus, umbra Mori, proceræ arboris, fontem opacans. Pacta placent; aduentat nox; Tisbe elusis custodibus, egreditur prima, & ad nemus advolat; (alas namque addebat amor.) Cum ecce tibi Leæna, á bouum

cede recens venit.

Depositura sitim vicini fontis in vnda.

Exterrita Thisbe, fugit in antrum quodda & fugienti, retrò velum capitis cecidit, qu inuentum Leæna à fonte redux, ore, ut e cruentato, laniat. Sub hæc Pyramus ade cernit vestigia ferę altè impressa sabulo, m que Thisbes amictum lacerum, & cruore t ctum. Ilicet, suam vitam extinctam ratus, discreptam belluæ dentibus, amore in fu rem verso, tendit amens animi ad condicta arborem; Ibique non inuenta Thisbe, incum bit in ensem, & vitam profundit cum sangu ne. Thisbe, interea, collegerat à pauore a mum, & ad Morum properabat, jamque pr pe aberat, cùm

Tremebunda videt pulsare cruentum
membra solum.

Hæret illa primum horrore perculsa, pedem que refert, stupenti similis.

Sed postquam remorata suos cognouit amores

In amplexum morientis ruit, immiscet l chrymas cruori, & Amantem amplexata.

Pyrame clamauit, quis te mihi casus ademit?
Pyrame responde, tua te charissime Thisbe
Nominat; Exaudi, vultúsque attolle jacentes;
Ad nomen Thisbes, oculos in morte grauatos
Pyramus erexit, visáque, recondidit illa.

Hic Thisbe, dolore exanimis laniare gena pectus tundere, capillos vellere, vberrimo fletu rigare frigentis genas, nullumque fac re lugendi finem, quoad velamen cernit suu in dextra Pyrami, laceratum, cruentumqu Tum verò, mortis causam facilè agnoscemu quidquid supererat virium colligit; auulsum que ferrum, quod adhuc hærebat in amant pectore, altè defigit in suum, & collapsa s pra jacentis corpus, obsculum libando fortu tum, ac frigidum, extremum in ejus ore, atc sinu, spiritum exhalauit. At Arbor, mirum d ctu! vtriusque tepefactu sanguine, morten sensit, & luxit. Et quæ jam erubuerat, ful Pyrami sanguine moris, quæ prius alba fue rant, dolore rubefactis; geminato funere

ituata visa est, funebremque traxere, ac nigrum, *more colorem.*

---

§. II.

NARRATIONES HISTORICÆ.

NARRATIO PRIMA.

rIn puerorum gratiam; literarum Gymnasia ceteritum, (nam eorum præcipuè manibus, teretur hic liber) Narrabo, quod paucis ab hinc annis, Auctione contigit puerulo cuipiam Grammatice tum tudenti.

PVER,

AMISSVM PRÆCEPTOREM.

DEFLENS.

Is Puer, annum jam posuerat, in Grammaticæ Classe infima, Præceptoris usus opera, ætate iuuenis, eaque forme dignitate, quæ avctoritatem, amoremque ex æquo pareret. Sed anno vertente, (quæ vicissitudo rerum humanarum est) cum amotus ille fuisset à docendi munere, successor ei designatus est, senex quidem macilētus, strigosus, pallidus, olorinum in modum canus. Itaq; exactis fe-rijs, recurrentibusque Lucalibus, quo tempore, intermissum redintegratur studiorum curriculum. Quintanus ille Pusio. [nam é Sextano, ut vulgo loquuntur, Quintanus evaserat] fatalis hujus mutationis ignarus, expectabat unà cum socijs, sperabatque se reuirum suum illum svauissimum Præceptorē. amque hora aderat, qua hora Magistri, suam quisque prouinciam sibi destinatam inire solent, *a* cùm ecce tibi, ó rem viso lachrymabilem, relatu peracerbam! Senex de repente comparet in scholæ limine, tremuloque in-

a Hipotyposis.

cessu, in medium puerorum agmen, non ta procedit, quàm perreptat. Exhorruere om nes illicò, hæsereque aliquandiù stupentibu similes. Vbi verò, sese tantisper à conste natione, metuque collegerunt, respectare mutuò. *b* nutu, oculisque loqui, quærere se taciti, quid hoc hominis sit, quæ larua m gistri. Quid multa? Vix se continent, qui scadenti pulpitum seni, vetus illud puerorum in Elizeum conuicium occinant, *Ascende Calu* (erat quippe caluus.) Sed tamen continen ausculantq; hominem rancidulo gutture, fr dulaq; voce, de more præfantem nescio quid. Facto demum loquendi fine, manu impera inserit, diuque scrutatus (pueris interim ex pectatione suspensis, quid educturus esset educit tandem specularia, nasoq; imponit; qu inexpectato, tristiq. spectaculo perculsi gra uiter, & tantùm non exanimati pusiones ill conceptum animo dolorem, tenere vltra ne quiuere, sed palam mussitare, *c* minaciter ja ctare ceruiculam, vultum alij advertere i parietem, alij solū ferire indignanter, omne eum testari luctum., merorem q; animi, *ci* au la ipsa, ad scholarum vsque finem, crebro ge mitu, singultibusq; personaret. Sic afflictis levamini utcumque fuit, abeundi signum, e campano datum: Quod simul avdire, illicò effundunt se uniuersi ad januam, fugiuntque suam quisque domum.

b *Subaudi*, (*cœperunt*.)

c *Supple*, (*cœperunt*.)

d *Ethoperia*. *d* In ijs, noster ille Puerulus, de quo dice bamus, in suam simul, ac peruenit tr epidus flebiliter matrem inclamat; vtq. erat educa tus delicatissimè, & blanditiarum mollitie appetens, in obuiæ parentis amplexum ruit, pendetque à collo, & sinum implet lachry mis; At illa mirans, attonitaque, *e* Quid est, mi Ocelle; inquit, mi pupule, quid lachry mas? Ecquid accidit mali? Num quis te so dalium percussit, Anime mi? At ille suspirijs verba confundens nequaquam; inquit, Mater nihil horum est. Tum illa; Quid igitur, mi passercule, meum ò Corculum, sic te mace ras? sic te mœrore conficis! Heu! subijcit puer,

e *Colloquia*.

uer, occidimus omnes, Mater; Magistrum
misimus nostrum: illum, inquam, forma exi-
ium, plenum ſucci, plenum vigoris, plenum
mabilitatis, ac venerum, Præceptorem ami-
imus: illum, ſvauiorem ſaccharo, amœnio-
em roſa, zephyro blandiorem, nobis eripue-
unt latrones truculenti, eiuſque loco, ſuffe-
erunt hominem grandæuum, exſeccum, edē-
ulum, retorridum, oculis nitentem ad legen-
lum vitreis indefinenterq. tuſſientem, ac ex-
reantem. Hęc dum diceret, cadebant ab ocu-
is guttæ decumanæ, & comam faciemque
iolabat unguibus. At mater ſubridens ſimul,
t collachrymans, dolore ſe ait, filij aman-
iſſimi dolorem, oculos, ac genas abſtergit
udariolo, mœſtum ſolatur repetitis oſculis,
erbiſque delinificis, bené ſperare jubet bre-
i reuerſurum iuniorem illud Magiſtrū, abi-
urum procul moleſtum hunc ſenem. Hic reſ-
irate Puerulus: illa vero, ut primùm in me
ıcidit, rē totam enarrauit mihi, non ſine riſu.

*Aduertiſti credo, in Narratione hac, Suauitatem
llam, quà de loquebamur: Nam multiplices habet,
ffectuum motus: videlicet, mœrorem ex inſpirato
ıcommodo, indignationem, dolorem, miſericordiam
atris in filium ſpem melioris exitus: habet item Col-
quia perſonarum, &c. At illud faciliùs adhuc ad-
ertes, in ſequentibus.*

SECVNDA NARRATIO.

HISTORICA.

*Quò, inquam faciliùs aduertas: quantum Narra-
io ſimplex, ab ornatiore diſcrepet: Rem eandem, pri-
lem in Belgio geſtam, triplici ſtylo placet exponere,
t feci, in Fabularum exemplis. 1. ſimplici, ac ie-
uno. 2. paulo venuſtiore. 3. magis oratorio. Porrò,
ùm hujus Narrationis argumentum ſit humile, ac
omicum, humili propterea dicendi genere utemur.
ırmillæ quippè gemmeæ aureaq. monilia principem
natronam, non plebeiam decent. Argumentum ergo
ɔræbebit.*

EBRIVS IN FERETRO.

1. *Stylo ieiuno, ac tenui.*

Degebat in Belgio, vir quidam, qui quo die à summo manè, potabat ad usque vesp rum: Tum vino, ut erat, madidus redib domum: postea verô quám erat ingressu vxorem, liberosque malé mulctabat pugn & calcibus. Illa diutiùs ferre non vslens briosum coniugem, statuit vino sepultum, c locare in feretro, involutum linteo funeb Id cum fecisset lugere cępit, quasi mortuu Ejus lamentis exciti vicini, confluunt in e domum. At ipse mortuus, planctu increbe cente excitatur à somno: miratur lachrym vxoris, ac fascias magis, & mortualia: Qu rit cavsam, avdit se mero extinctum, nu Dei beneficio singulari, redire postliminiò vitam. Attonitus ille pessimo liquori, inin citias denunciat immortales, promittit se nu quam vinum deinceps gustaturum: Et feci quod in se receperat.

2. *Stylo paulò venustiore.*

Fœminę cuidā Belgicæ, maritus fuit, eg gius in pavcis potator, toto famosus oppi qui dies totos pergręcando, postquám in c ponis consumpserat, inclinante in vesper die, solebant titubante gressu, reuerti dor Vix attigerat limen, cùm canere recep uxor cum liberis, abdere se in latebras ex ctare, tum tumulentus crapulam exhala ni faceret, in ejus os, ille involare, pug calcibusque miseram contundere, quidq veniret in manus, impingere in obuios, d que peruertere mensas, abacos omnia. I diu cùm tulisset vxor patientissima, nihil non experta esset, quo virum avocaret ab tollerabili turpitudine, statuit demùm, ad timum descendere remedium, & hanc q ajunt, quasi sacram anchoram iacere. Ve rat ille aliquando à popina domum, haud p lò onustior solito, id ubi aduertit cara mul

in

ı occasionem rei gerendæ intentissima, exubat eminus, de more latens, donec edorilscat ebrius. Vt videt prostratum, & ronhos iam edentem audit, de repenté aduolat, ascias deproperat, manus ligat pedesq. nexu alido: Tum sudario caput implicat, & corus linteo inuoluit mortual i, componitq. in anda pila, quasi mox offerendum ad sepultuam. Dein composito ad mœstitiam vultu, quod fœmiuis aiunt esse familiarissimum) onclamat mortuum: lamentis ædes persoant, adcurrunt vicini, fit gemitus, & comloratio. At, en: audit plorantes mortuus, atollitque caput, cunctis præter uxorem obupentibus, quæ tamen lætitiam ingentem ari stupore simulato coniunctam pręseferēs, ı viri corpus ruit exultans, diffuit linteum, ıdarium detrahit, fascias exsoluit, & quæenti marito causam luctuosæ comœdiæ, resondet, ad exequias cōflexisse, quos videret, ives optimos: vino sibi ereptam fuisse, cum ıente vitam, sed inavdito miraculo redijsse b inferis. Credit vir, scirè mentienti fœmiæ, & vinum execratus, jurat per quidquid ınctum est, abstemium se, reliquo vitæ temore, ad veram usque mortem fore, & verò ıit, quoad vixit.

3. *Stylo magis oratorio.*

Matrona prudens, & honesta, maritum hat in Belgio, cùm multis vitijs dedecoratū, ım verò temulentia insignem. *f* Quid non ıt mulier cordata, vecordem, ut virum ad nitatem revocaret? quas non intendit mahinas? quam industriam non adhibuit? quem enique non lapidem mouit: sed nimirū corborata erat longo usu, insana perpotandi upiditas, altioresque egerat in ejus animo adices turpissima cōsuetudo, quàm ut euelli ııone ulla aut pudore posset: Conuolabat uotidie, simul ac evigilarat, in popinas violentus, in cœno assiduè suo sese volutabat ordidus, fordesque suas, aduentante nocte omum conuehebat. Quoties marsupio non

f Interrogatio.

ſufficiente gulæ, cavpona abijt expalliatus, & exgaleritus [verbo peregrino ſit venia] atque etiam penè exoſſatus pugnis, probriſq. probé obſitus? Quoties inter redeundum, ſi hoc eſt redire, poſſu labi, & relabi quolibet? offenſantem altero quoque paſſu, & in tabernas, ac parietes impingentem, proſecuta eſt caterua puerorum, ſibilis conuicijs, luto? Sed enim acceptas foris iniurias, intùs ulciſci ſolitus, ut primùm attingebat limen ædium, horrendum, illicò vociferari, adeſſent famuli, adeſſet coniux: Illi contrà, latebras aucupari, delitеſcere, trepidare, ſi quem occupaſſet incautum: medium arreptum ſternebat in terram, & quà pugno, quà fuſte, quà re quavis alia, pulſabat diris modis miſerum. *f*

f Dubitatio. Quid aget mater familias, quo ſe vertet? flebit? obſecrabit? iraſcetur? minabitur? innolabit in barbam ebreij? Horum nihil omiſit, rerum fruſtrà fuere illa omnia. Quid ergo faciet? Accipite. Audax comminiſcitur factū. Lecto iacebat ille vino obrutus, oppreſſus ſopore, quem nullus tonitrui fragor excutiat: occaſionem arripiens mulier, accedit ad lectum, ac manum utramque primum, tum pedes ſtringit fune valido, ſudario poſtea obnubit caput, totumque circumvoluit corpus ſepulcrali linteo: tum deinde ſtertentem, ancilla ſuccolantè, parato collocat in feretro, & hinc, & inde tædas ferales adſtitutas accendit. Ilicet, mortuum conclamat coniugem, lachrymæ, ut ferè fit, juſſæ fluunt ubertim, & ſinum rigant: Tum capillos vellens, ac vocem tollens flebilem in modum. Mi marite, inquit, heu! mi marite; ſic me orbam, afflictam, perditam, æternúm deſeris? Cur heu! vitales auras morte tam cita, linquis? Confluit interea omnis vicinia, ægram ſolantur, nec deſunt, qui bonas preces pro defuncto fundat, proni in genua. *g* At ecce, ò prodigium! ò rem inavditam! Dum hi lugent, illi plangunt, miſerantur alij: excitatus inconditо clamore mortuus, ronchum ingentem imo emittit pectore: tum motat caput, tibiaſque

g Hypotyposis

vinctas

vinctas agitat. Hic omnes stupere, trepidare, totis artubus tremere, mussare, rediisse in corpus animum: palam asseuerare, defunctũ reuixisse. Hic ebriosus, sternutare semel atq. iterum, vinariamq. clara voce poscere lagenam. Vxor, quæ vix teneret risum inter lachrymas, vinum lugens, quæ vellet mortuũ, vero dolore verso in fictum gaudium, ad feretrum accedens, ò mi vir inclamat, quàm maxima voce potest: Audit ille, recluditq. oculos, perq. linteum, lucem videns malignam brachia, & pedes graui nodo reuinctos sentit. Quid cogitasse cogitatis, viuum cadauer, plorantes, gementes, vlulantes audiens, funebremq; apparatum intuens per rimas linteas? penè mortuum é viuo, fecit horror stupori mixtus: trepidat se tantillum mouere, taciturque audit lugentem coniugem: Siccine, inquiebat versipellis, æternis ignibus addictus es, marite optimè? Olsi, vel ante mortem expiasses animum, tot tamq; insanis compotationibus inquinatum! Hæc immotus audit miser, tandēq; susurro semimortuo succlamat, Vxor. Fingit illa terreri; & ó Marite mi, reclamat, viuis? viuo, inquit, redux é lethi faucibus. Reduxne ab orco, ò mi anime, & vitæ redditu?, qui modó mortuissimus fuisti, purum putum cadauer mox humo dandũ? Bona uxor, reponit, expedi, ah! quæso, vincla expedi. Vix illa extricarat fascijs brachia, & sudario caput, cùm ille, ad astra tendens manus, vouet alta voce solemne votum, per omnem vitam, vinum se nullum, ne primoribus quidem labris libaturum esse; vas nullũ vinarium, ne primoribus quidem tracturum digitis; (ridebat interim in sinu coniux) & stetit voto, siccam in posterum vitam, ad veram usque mortem exigens.

Desudemus jam in nobiliori materia, & comicũ hoc mittamus dicendi genus.

TERTIA NARRATIO.

HISTORICA.

Hujus Narrationis argumentum, præce dente multò erit illustrius, quare illustri orationis genus adhibendum. Spero auten vos, Candidati studiosissimi, vel ex unius hujus Exempli accurata lectione, ut cætera pr termittatis, omnia non vulgarem fructum re laturos; si aduerteritis diligenter animum, varios modos, quibus illud, ex Rhetoric ante pertexui. Primus modus, Historicus eri rem siquidem gestam simpliciter exponet: se alij sunt ex Oratorum officina depromptí.

VIRGINITATIS, PIA FRAVS.

EVPHRASIA.

Primus modus.

Evphrasia virgo, frustra minis precibusq sollicitata ad abiurandam Religionem Christianam, Iudicis sententia, & authoritate, a lupanar traducitur. Qui ad illam prior est introductus, Miles fuit, ab castissima puella ita delusus. Cùm enim habere se diceret, vngue ti genus, quô qui perunctus esset, ferro vulnerati nullo posset, illudque ipsi donaturam promitteret, si pudori suo consultum vellet, ut fidem faceret dubitanti suiq; probaret vnguenti vim, periculo suo, obliuit ceruicem, tum militi percutiendam objicit. Hic, virgini tam constanter asseueranti, penè credens, experturus tamen ejus dicta, & vires, vnguenis, ense collum valido ictu ferit; & amputa

En Narrationem incomptam, & exsuccam. Vis adsciscamus ei nunc ornamenta Rhetorica? vis eam velut candidam telam, aut puram purpuram, sty oratorio, quasi acu phrygia distinguamus, varijs co loribus, & figuris? Accipe, ac præsertim atten quàm

quàm multifariam, ad narrationem aggrediar. Ejus enim venustus omnis, fermè pendet, ab exordiendi ratione.

ALTER, EIVSDEM REI NARRANDÆ MODVS.

Narrationem auspicor, ab Introductione Euphrasia, in postribulum per Hypotyposin, sic.

Quæris, quæ sit illa puella, quam impurissima Prætoris sententia, ad postribulum rapi vides? Evphrasia est virgo, non egregia minus pudicitiæ lavde nobilis, quàm formæ venustate præstans: quæ Christi fidem, quòd ejurare noluerit, ad lustrum, exponenda publicæ libidini, ludibrioq. trahitur. Ac jam cubiculo inclusã primus sibi deposuit Miles adolescens, crista gloriosus plumatili, fulua cæsariæ decorus, calamistro comptulus, ornatu venustulus, ferroque splendido succinctus, ut vel inde conoscas, ád Venerem á Marte turpem transfugam. Itaq; introducitur, lupanar subit Ah! Evphrasi, cave: heu! quid ages Evphrasia? qua arte libidinoso Marti resistes? quo stratagemate repelles armatam Venerẽ? Resistet, repellet; ne mutue, quisquis illjus cavsa metuis Ecce ad impudici pedes se Virgo abjcit; pudori suo, ne vim afferat, enixè rogat; & ingens gratiæ promittit præmium. Quod tu mihi prẽmium? inquit Miles. Quale, ait Evphrasia, nec tuá Dijs ipse tuis petere audeas, nec illi dare tibi valeant, nempe inquit illæ subsideas. Nempe inquit illa collachrymans, unguenti genus habeo mirabile; cui eà vis inest, ut quodlibet retundat telum. Iocaris, ait Adolescens. Seriò loquor, ait Puella. Vis meo capite facere periculum? Vis ceruices oblinam, quas deinde ferias gladio, quàm maximo valebis impetu? Si non inane, ceciderit in caput, ferrũ; tùm verô, me dedisse verba dicito; tum me quavis affice contumelia; non reluctabor, libens patiar. Quid multa? In spem erectus cujusdam immortalitatis, vanus Adolescens annuit. Collum mendaci oleo inungit Evphrasia; cęruicem deinde nudat, prębet Militi. Miles

les ensem distringit, attollit manum, fulge
vibrat ferrum, ceruices ferit, caput ampu
Collabitur corpus pudicum præcisum capi
ipse pariter impurus carnifex, stupore, an
lore, examinis concidit. Sic contrà quàm
le de Marte prædicabat, sic exultantem
nerem, ac spolia pudicitiæ iam iam detrah
tem, abiecta, & prostrata Virgo perculit,
in fugam vertit.

TERTIVS, EIVSDEM REI NARRAND MODVS.

Ab Vnctione ceruicis, per Interrogationem, Hypotyposin, ita incheo.

Quid superi! quid in illo cubiculo geri
deo; Stat stricto mucrone Adolescens: iux
puellam video formosissimam, sibi vnguen
collum illinentem fortasse vulneri, quod il
fecit, facit hæc medicinam. At nullum cern
vestigium plagæ: nec sanguis à ceruice flui
sed oleum. Et auget mirationem Miles ipf
tacens, & quasi expectatione suspensus;
iam ad illum accedit puella eique ad genu
supplex accedit. Quam ob causam? Hau
dubié, ne feriatur rogat. Imò, ut feriatur
secrat. Audi, quid dicat. Generosè Iuue
attolle nunc manum, te obtestor, totoq.
brachiorum, in meum caput, gladium di
te. Paret Adolescens, ferrum eleuat. Ah!
les, quid agis? Non audit Miles, ferrum
primit, obtruncat Virginem. Infelix Vi
quod admiseras scelus; quis te Iudex
cio addixerat? At quò spectat insolita
humanitas? Cur lachrymas effundit! Q
quod sublatum puellę caput, veneratur
lis? O me crudelem! inquit; sed, ò te
crudeliorem, Virgo innocentissima, q
ad facinus hortata es, quæ me indu
fraudem? Te ne ferrum attigisset unq
tu sanctè affirmasses, retusum iri, tuo
laci vnguine? At, agnosco scelus meu
necis accersitæ causam. Non te meus
ensis, sed libido: maluisti vitam, qu
dorem amittere, exponi crudelitati me
tiis, quàm cupiditati. O castitatem

candam, quam vel ejus hostis commendat? quam, qui oppugnauit, in cœlum effert.

QVARTVS, EIVSDEM REI NARRANDÆ MODVS.

Ab ipsa capitis Amputatione, per Apostrophen, & obsecrationem, initium duco.

Resiste Miles; ferrum, ah! sustine: subest promisso fravs, te fallit Virgo: ah! inhibe gladium tantisper. Heu, non inhibitur truculentus, Virginem ferit, caput abscidit. O barbare, ò ferro durior, ac sæuior tuo: potuisti secare hunc florem? hoc lumen extinguere? hoc ebur violare? potuisti, tam elegantem spoliare virginem vita? corpus tam pulchrum, tam nobili priuare anima? Sed, quid Militem insector? non ipse fuit necis auctor, quam intulit. Ipsa, ipsa illius manum, ferrumq; Virgo impulit: Nolentem exorauit fravdulenta, repugnantem induxit, titubantem confirmauit ingenti promisso, ut feriret, ut omni virium contentione percuteret ense ceruicem. Quo promisso, inquis? Oleum habere se dixerat, quod mox ei daret in præmium, si ipsius corpore libidinem abstineret, quo iniunctus, nullivulneri futurus esset obnoxius. Credere nolebat Miles, sed denique asseueranti credidit, & in se periculum facere volenti, capitis periculo, paruit demùm, percussit, obtrūcauit. O Virgo, (ad te enim, iam subita ta se conuertit oratio) quid egisti? quo id consilio commenta es? cur tibi lienas, inuitasq; manus intulisti? At, quid sciscitor? quid interrogo? quasi me latere possit, quod quæro. Illa, illa fuit causa quęsitæ necis, studium tuendę pudicitiæ: castitati caput posthabuit, Heroina fortissima, illibitam constupratæ vitæ prętulit mortem, ut sibi immortalitatem morte compararet. O virtutem omnium sæculorum præconijs efferendam.

QVINTVS, EIVSDEM REI NARRANDÆ MODVS.

Ab Obsecratione Euphrasia, ad Militis pedes prouoluta, ne pudori afferat probrum, sic ordiri possumus

Ge.

Generoſe Miles, inquit Puella illa venu ſtiſſima, quam ad pedes Adoleſcentis aduo lutam cernitis; Iuuenis humaniſſimo, te pe ego hanc dextram tuam oro; genuaque qu amplector, per vigorē illum animi eximiū, in doleq. præclara, quæ toto ore emicat, prec obteſtorque, pudori meo parce: Enitar, & ſpero conſequar, ut te de me optimè eſſe m ritum læteris. Eſt mihi, unde parem tibi gr tiam, atque etiam fortè maiorem rependa Quid enim, inquit Miles abnuens, quid m cauſa facere poſſis? Poſſum, ajt Virgo, im mortalem te præſtare bello, ſi me audies;(a riſit ad hæc Adoleſcens) & unguento, qu tibi mox datura ſum, linieris pectus, ſic eni genus omne tolerum illæſus rideas. Non cr dis, video ſatis putas me tibi vell e fucum f cere: atqui experiri licet fidem meam, per culo vitæ; periclitare, explora vnguenti m vires in hoc capite. Annuit Miles; illa perun git collum oleo, tum ceruicem feriendam ex hibet, hortatur, totis ut viribus, ferrum in ca put contorquent. Hæret Iuuenis, metuit, pal let, quaſi feriendus ipſe: excitatur blanda obiugatione Virginis, nihil eſſe, quod ſui cavſa metuat; obtuſum iri ferri aciem; audea modò, enſem exerat, manum erigat, ceruic percutiat. Animatus ille, nihilque iam formi dans, nudum attollit gladium, demittit i collum, præſcindit caput. Quo putatis ſt pore perculſum. Adoleſcentem impudicum ubi Virgineum caput, ſuos ſubſilire ad pede vidit? quàm mœrens, ubi ſe collegit, retuli pedem! ut ingemuit! ut deteſtatus eſt nefa riam libidinem!

SEXTVS, EIVSDEM REI NARRANDÆ MODVS.

Ab hortatione Euphraſia, inuncta iam ceruice Militi ſuadentis, ut ferrum adigat in caput, princi pium ducere licet; in hunc modum

Feri miles, inquit Evphraſia: feri, quid ceſ ſas: quid cunctaris: ferrum iam nihil ego ti meo, oblinij collum. En; præbeo ceruicem;

quid

quid trepidas? Non mea, inquit ille, sed tua causa trepido; vereor nimirum, ne futura sit, ocutior, quàm vellem, ferri acies. Men tu censes, subiungit Virgo stolidam adeò, & prodigam vitæ, quæ subijcerem gladio caput, si perspecta, probat aque mihi non esses vis, huic vnguento insita? hoc liquore inuncta, tui ensis habetabo aciem; attolle dexteram modò, atque aude. Audet ille, eximit vagina gladium, attollit ceruicem icit, primoq; ictu demetit. Muto, ac stupenti insultat subsultans pauimento caput, motuque ipso loquitur, & vocem cum cruore fnndens. Quid istic hæres adhuc, inquit, impure ganeo? te non sentis verberari his oculis extinctis? non vocem audis linguæ emortuę? nec te, in hac fronte relicta terrent minæ? Quid stas? quid intueris? quid me impudico aspectu violas? Abscede, scelerate; abi iam, & ubiq. tuum, meumque factum prædica; exarmatum scilicet, ab inermi puella militem, victorem, adversariæ mortę victum, & nouo genere victorię, triumphasse, quę cecidit, & prostatum esse, qui stetit.

SEPTIMVS, EIVSDEM REI NARRANDÆ MODVS.

Inuitantur Virgines ad spectaculum occisa Euphrasia, per Apostrophen.

Adeste, quotquot castimoniæ lavde gloriamini, Virgines, adeste omnes ad spectaculum: huc oculos ad fletum, huc manus, adplausũ, aut ad plausum potiùs: huc vocesad pręconia; huc animos ad admirationes afferte. Dignum oculis, dignum virtute vestra, & admiratione spectaculum? vobis obijcio. Cernite hujus cubiculi pauimentum cruore natans, & abscissum á suo corpore, puellæ caput formosissimæ. Quid in militem adstantẽ oculos torquetis, ira ardentes, quasi facinoris authorem? Quid sanguine stillantem intuemini, quem manu tenet gladium. Impure latro, inquitis, castissimę Virgini eripere non potuisti pudicitiam, vitam abstulisti: explere

nequisti libidinem, explesti sanguine cru[e]litatem, vim inferre pudori non valuisti, vi[o]lentas intulisti manus illibato corpori. Ab[er]ratis Virgines, aberraris; violentas? ma[n]non intulit: volens puella vitam perdidit, [ca]put amisit. At hujus Militis, nonne ferro t[run]catum est? Ita est, sed quod ipsa impulit V[ir]go. Impulit quo autem consilio impulisset, scilicet cupiditati turpissimi adolescentis [il]luderet. Cum enim in angustijs deprehen[sa] effugere alia ratione vim non posset, & s[uc]cumbendum necessario ei esset sceleratę [li]bidini, occumbendum sibi potiús esse dux[it.] Ergó mirabilem vnguentum cujusdam v[i] Militi exponit, quo haberetur omne ferru[m] si fidem dicto, nolit addere, addat facto: [si]mulq. ceruicem oblinit, offertque feriend[a] inexperimentum. Persuasus Iuuenis, ill[ius] caput ferro percurrit, & obtruncat. Quid a[t]iam delicatæ Virgines, siletis? obstupescitis haret vobis lingua, admiratione tantæ virt[u]tis? Et mihi pariter calamus hæret.

Sermocinatio.

Habeo in hoc vno Exemplo, quod promiseram Vnum tamen adhuc adijciam, superioribus, ut mi[hi] quidem videtur, haud paulò comptius, ornatiusq[ue]

QVARTA NARRATIO HISTORICA.

FORMOSA DEFORMITAS Duarum Virginum.

Euphemia, & Margareta, Virgines erant oris decore claræ, at pudicitiæ lavde mult[o] præclarissimæ. Cum viderent autem pernici[em] passim afferre animis eximiam illam, qua ful[ge]bant, corporis elegantiam, neque prodire in publicum posse alieno damno, instinctu divino, nares cultello sibi præciderunt.

Ita fermè Rhetoricæ artis imperiti loquerentur, ac scriberent. At verò, qui illius non omninò ignarus est, varias orationis gemmas huc Narrationi in[ser]gabit hoc ferè modo. Hæ

Hæ duæ Virgines, quibus Evphemiæ, & Margaretæ nomen erat, sorores, necne fuerint cognatione sanguinis, haud quidem scio, at meritorum similitudine, germanas extitisse certò sciò. In eadem agebant domo ætate penè, virtute planè pares, decore pares, ac pudore, *i* ut Columbæ non sit Columba similior, aut Rosa Rosæ, ut alterius decus, ac formam referebat altera. *l* Margaretam dixisses Evphemiæ speculum, & Margaretæ Evphemiam, aut potiùs geminum corpus, uno eodemque agi, & animari spiritu, ita semper unà erant, incedebant, visebantur, seu domi manerent, seu prodire in publicum cogeret necessitas, aut honesti ratio postularet: haud ignaræ utique puellam in publico apparere, aut sæpiùs, aut solam, nequaquam *m* omnem esse pudici nominis. Ergo, quoties extra ædium fines posuerant pedem, tum verò, *n* pudoris odorem; quod vnam erat utriusque votum, quocumque irent, spargebnat svauissimum; simulque quod exhorrebant morte pejus, *o* ignem, in plerorumque animis, haud satis pudicum, accendebant pudicæ, (quod mirere) illibateq. niues oris elegantissimi, & corporis majestas plané mirabilis, ac divina. *p* Id adeó prodebant non obscuris indicijs, plurimorum suspiria, quoties obuiam se darent, alto emissa pectore, id lachrymæ, ab oculis cadentes intuentium, id admirationes non fictæ, & acclamationes non fictæ, claré loquebantur. Quid? quod eò etiam prorupit non semel nonnullorum temeritas, & amentia, ut amatorias stulti literas mittere in eatum domum, non erubuerint.

At, impudentiam procorum, erubuere Virgines, ac prima Evphemia ad germanam verba. *q* Vides soror, quo res sit loco, ut serpit malum in dies, opinione latiùs? audis, ut amãtium insanis præconijs, vicinia circonsonat, ut nec iam nobis efferre pedem tecto liceat, sine proprio dedecore, vel scelere alieno? *r* sit spectamus ignauę incendium, quod excitauimus, atque etiam ministramus pabulum flam-

i *Simili-tudo.*
l *Hiperbole.*
m *Paronomasia.*
n *Metaphora.*
o *Antithesis.*
p *Repetitio.*
q *Colloquium.*
r *Allegoria.*

flammis,quas vel ipso sanguine restringué
aut corporibus opprimere iã diu debuim
Quin si me amas,tanto medemur malo,qu
creauimus, & me sequeris prçeuntem. S
quar verò, & libenti quidem animo, inq
Margareta, & vel in certis ruas mortem,h
bebis me ubiq. comitem, nec ullus me ca
à tuo latere diuellet, soror: jube modò.Pr
cibus, inquit illa efflagitemus divinam op
in genua procumbamus ambç. Ambç proc
s Exclamatio. bunt, orant, supplicant: s quo sensu pieta
superi! quo feruore animi! quis explicet
t Hypotyposis. Surgit deinde Evphemia impatiens morç cõ
surgit Margareta: secretius illa cõclaue subi
hçc subsequitur, occlusisq. foribus confid
rat, quid illa moliatur: molitur enim magi
nescio, quid, & inusitati: Atq. Ecce,thecan
é scrinio iam deprompsit, speculumq. in pri
mis prçclarum, ac splendidum, non hos,heu
in vsus, emptum pridem à parentibus, reli
ctumq. hactenus in cistellç fundo. Illud nũ
Evphemia appendit loco idoneo: tum é the
ca cultellum extrahit, minaci fulgore rutilã
te. Spectat Margareta, stupenti similis, quid
illud sibi velit speculum,quò spectet ille mu
cro: silet tamen pallida, & tremens,cùm Ev
phemia speculo obijcit sese; tantũ ab decore
vultus,doloris havriens,quãtùm aliç volupta
tis. Tũ ingemiscens, & pulchritudini irata su
u Itane verò,inquit pudorem tu mibi,alij
etiam afflabis venenum, Forma pestilens? nec
u Apostrophe. erubescis, tot flagitijs ansam dare? saxo, pu
riore minio, tota modò rubeas. Hçc dicens,x
x Hypotyposis. prçhensas nares (videt, & exhorrescit Mar
gareta, & ego pariter horresco referens) na
res, inquam, sibi uno ictu exsecat, ac deflue
tis aspectu sanguinis, vehementiùs in semet
ipsam exardescens, genas, mentum,labia, di
rum in modum acie violat: acumine deinde
dispungit frontem. y O spectaculum, luctuo
y Exclamatio. summè dicam,an mirabile! z Ac iam ab cçlo
z Allegoria. illo pudoris, ac modestiç, purpureus imber
depluit in sinum argenteum, & rosç lilijs
miscentur;

Quid agis interea,tu Margareta? Et quan-

do colliges à ſtupore animũ? a Diutiuſne, crudelem manum ſequire patieris, in vultum innocentem? ſtuporem diſcute, inhibe furentē dextram, cultum eripe ſacrilegum. Diſcuſſit, inhibuit, eripere tamen immite ferrum non dum valuit, reluctatur enim Evphemia. Cui illa: Quid vltra tendis, inquit Germana? Totum iā, funditus corupiſti forma decus honorem mihi crede, non amorem parias. Cedo iam cultrum, meam, ut viciſſim, ad exemplum tui faciem refingam: Nouum hoc mihi calamiſtri genus trades inquam obſecro, quo me, tui ad inſtar comam, poliamque. Verbis adhibet vim, & tandem extorquet gladiolum cruore rubentem, ac geſtiens, nares ſimiliter præcidit fœdiſſimo vulnere, & frontem confuſis turpat punctiunculis, genas ſulcat deinceps, b exaratq.. lineas celeri ductu, & quaſi molli in ebore, miniatos inſculpit characteres. c O lineas! ò characteres! ó cruorem! ò purpuram! d ò fœditatem ſplendidam! ò vulnera præclara! ò deformitatem pulcherrimā! e Qua putatis celeritate, è ſuperis delapſos regionibus Angelos, ad ſpecioſum convolaſſe ſpectaculum? Qua ſollicitudine, ac religione, depluentes in terram, certatim colligiſſe pyropos, f vnioneſq. roſeos? Qua ſedulitate, ex ijs texuiſſe ſerta, corollas, ac monilia, queis purpuratarum colla, ſinuſq. Virginem, decorè ambirent, ambitioſè decorarent? Agnoſcunt ſanè ornamenta divina Virgines, & à vulneribus mirantur fluere delicias, & à fœditate, clariùs effloreſcere formæ nitorem; ſibique mutuos inter amplexus, oſculaque plaudunt, & lachrymas confundunt lachrymis, quas exprimit voluptas, & cruorem miſcent cruori, quem dolor elicit. O quám mihi iam, Evphemia, ſolito videris elegantior! clamat Margareta. Quàm tu etiam, reponit illa, videre mihi venuſtior, quàm antea! ut blandè rutilant genæ! ut pulchrè frons eſplendet! ut jucundè labra irradiant!

Quid multis: ſic comptæ ſic ornatæ, quo diſplicuere magis, mortalium oculis, hoc Immor-

a *Apoſtrophe.*

b *Allegoria.*

c *Exclamationes*

d *Antitheta.*

e *Repetitione tum ſta.* *Interrogatio.*

f *Metaphora.*

mortali, Celestiq. Sponso amabiliùs arriser

Vt autem intelligas, quod in Superiori Narrati ne feci, idem quoque in hac, cateri sque eiusdem g neris, posse facile fieri: placet Historiam eandem al modo refingere, ad pracedentis exemplum.

EADEM NARRATIO,

Alio modo texta.

Hypoti posis. g Quid cerno? Devs Immortalis! Quod hor rendi spectaculi genus, percellit oculos? Dua intueor, prestanti pulchritudine Virgines, al teram sibi labra, genusque fœde lacerantem alteram precisis jam naribus, lacerata fronte sine specie, sine decore, atque adeo sine fa cie, genibus affusam, elatis in cœlum man bus, oculisque rigantem pretioso cruore pa nimentum. *h* Quis vos habet furor, præcla *h Apo- strophe.* rissimæ Virgines? quæ insania stimulat? aut quis sanctior instinctus est, amabo dicite Quid ita formam illam deformatis eximiam Cur in hunc modum turpatis, truncatisque vultum? Quæ ratio, ad hoc inusitatum faci nus, vos incitat? Audite, quid respondeant Audite, quid hiantia illa hora vulnerum lo quantur; quę verba cum sanguine profundat! *Prosopo pœia, & crebra Anthite tha.* Oris dehonestamus elegantiam, inquiunt, n pudoris honestas violetur; corpoream perdi mus formam, ne deformis reddatur animus has corrumpimus amorum illecebras, ne ali nos deperéundo, & amando malè, amente pereant; puras genarum niues inquinamus ne impuro igne, intuentium corda exardescant splendorem obscuramus, ne ab illo cæcutian alieni oculi. *i* O consilium immortali laude *Excla- matio.* dignum! ò facinus eximium, admirabile, sin gulare, omnium literis, & prædicatione ce lebrandum! Pergite, porrò, Virgines illu strissimæ, pergite conspurcare speciei nitore, quò pudor speciosiùs effulgeat; confundere pergite venustatem vultus, venustior ut exi stat forma virtutis. Pergunt illæ, quoad tur pes sibi videantur insigniter; sicque alienas

ndes eluunt suo sanguine; & hoc quasi vn-ento, Veneris curant vulnera, telaque re-ndunt, extinguuntque nefarias faces: Neque im eas quisquam posthac amauit, ut pul-ras, sed ut castas coluit, ut sanctas suspexit.
ssem alia, atque alia ratione, hanc ipsam histo-m, sicut priorem pertractare; sed quia hæc suffi-re mihi videntur, & quæ afferrem, haud multum essent absimilia, quia in proximè superiori attuli, aliqua Narration is genus veniemus.

---

§. III.

NARRATIO CIVILIS.

FLAGITIOSÆ NVPTIÆ.

Narrationem hanc, consultò in locum hunc reser-aui vltimum, quò cùm absolutissima sit Amplifi-tionis idea, virtutesque ad narrandum requisita mnes in ea praclarissimè eluceant, fastidium è su-riorum lectione conceptum leuatura sit.

Argumentum est hujusmodi Cluentia, Cluentij, & asia filia. post patris mortem Melino nupserat, ado-scenti nobili. Aliquantò post Sassia, Generi sui amo-e capta; filiam compulit, ad discedendum a mari-to: quo diuortio facto, nupsit Melino Sassia. Flagitiū ec Tullius eloquenter exagerans, Narrationem aus-icatur, à primùs Melini, & Cluentia nuptijs, de sic agens. Orat. pro Cluentio nu. 22.

Cum essent hæ Nuptiæ, plenæ dignitatis, lenæ concordiæ, repente est exorta mulieris mportunæ nefaria libido, non solum dede-ore, verum etiam scelere noniuncta. Nam assia, mater hujus Aviti, *a* (mater enim à me ominis causa, tametsi in hunc hostili odio, & rudelitate est, mater, inquam appellabitur, eque unquam illa ita de suo scelere, & im-anitate audiet, ut naturæ nomen amittat, Quò enim est ipsum nomen amantius indul-entiusque maternum, hoc, illiùs matris, quę multos iam annos, & nunc cùm maximé fi-lium

a Auitus ipse est Cluentius Cluentia frater, quem Cicero, hac oratione defendit.

lium interfectum cupit, singulare scelus,m
iore odio dignum esse ducetis.)Ea igitur m
ter Auiti, Melini istius adolescentis , Gene
sui, contra quàm fas , erat amore capta: Pr
mò , neque id ipsum diu, quoquo modo p
terat, in illa cupiditate continebatur: deind
ita flagrare cœpit amentia, sic inflammat
ferri libidine, ut eam non pudor, non pudic
tia, non pietas, non hominum fama , non fil
dolor, non filiæ mœror à cupiditate reuoc
ret. Animum adolescentis, nondum consili
ac ratione confirmatum,pellexit ijs omnibu
rebus , quibus illa ætas capi , ac deliniri p
test. Filia, quæ non solùm illo communi do
lore muliebri , in ejusmodi viri iniurijs a
geretur, sed nefarium matris pellicatum fe
re non posset , de quone quæri quidem sin
scelere se posse arbitraretur, cæteros sui ta
ti mali ignaros esse cupiebat, in hujus amar
tissimi sui fratris manibus, & gremio, mœ
rore, & lacrymis consenescebat. Ecce auten
subitum diuortium , quod solatium omniu
malorum fore videbatur . Discedit á Melin
Cluentia, ut in tantis iniurijs, non *inuita:*
à viro non libenter . Tum vero *illa* egregia
ac præclara mater , palam exultare lætitia
ac triumphare gavdio cœpit , victrix filiæ,n
libidinis. Itaque diutiùs suspicionibus obsc
ris lędi famam suam noluit: lectum illum g
nialem, quem biennio antè filiæ suæ nuben
strauerat, in eadem domo sibi ornari, & ste
ni, expulsa atque exturbata filia, jubet. N
bit genero socrus,nullis auspicibus,nullis a
ctoribus, funestis omnibus omnium . O mu
lieris scelus incredibile; & præter hanc vna
in omnis vita inavditum! O libidinem effra
natam, & indomitam! O audaciam singular
non timuisse, si minùs vim Deorum, homin
que famam, at illam ipsam noctem, facesqu
illas nuptiales? non limen cubiculi ? non cu
bile filiæ? non parietes denique ipsos, supe
riorum testes nuptiarum ? Perfregit, ac pro
strauit omnia cupiditate, ac furore; vicit pu
dorem libido , timorem avdacia , rationem
amentia. PRO-

PROGYMNASMA VII.

DE

CHRIA.

QVID *frontem, Lector caperas, mendosus nō est ille Titulus.* Chria *dici debet, non* Chreia*, ut vulgus imperitorum, tam Gallicè, quàm Latinè loquitur; Etenim, Græca vox* χρεία *scribitur; ut: vides, per* ει*, quæ diphtongus latinitate donata non dissolvitur, sed exprimitur, ut, i, longum. Sicut igitur, non dicis* Mageia, *&* Alexandreia, *sed* Magia, *&* Alexandria, *quod scilicet scribantur per* ει*, nec Chreiam dicere debes, sed Chriam. Id te volui præmonitum, ut ne offenderes, vel in ipsum rei nomen, de qua tam multa nobis disputanda sūt.*

CAPVT I.

Quid sit Chria, & Quotuplex.

QVid est Chria?

R. Est Commemoratio, seu Explicatio, facti alicujus, vel dicti, vel vtriusq; simul, certis capitibus comprehensa.

Quare hoc genus Amplificationis, Chria dicitur?

R. Quia vocabulum hoc χρεία *vsum*, & *necessitatem* significat, unde à nonnullis *a Vsus* appellatur. Quod igitur, hæc Amplificandi forma, sit ad quodpiam seu dictum, seu factum, ornatè, & eleganter explicandum, utilissima; hinc factum puto, ut *Vsus*, seu *Chria*, nominata sit.

a *Priscia no.*

Quotuplex est Chria?

R. Triplex. Alia est *Activa*, alia *Verbalis* alia *Mixta*. Latiniùs dicendum esset [illegible] in Actione consistit, alia in Verbis posita [illegible] alia ex duabus illis coalescit.

Quid est Chria *Activa*?

R Illa est quæ Actionem, seu factum quodpiam exponit, & exornat.

Da exemplum.

R. Dabo geminum. 1. Lacedemonij, suis, ut liberis, Ebrietatis odium, horroremq. ingenerarent, adducere illos soliti erant, in conspectum seruorum, qui vino mentem obruissent; nimirum, ut fœdo illo spectaculo deterrerent ab hoc vitio. 2. Tarquinius Superbus, Septimus Romanorum Rex Legato, quem ipsi filius miserat, sciscitatum quidnam se facere vellet, in vrbe Gabijs, in qua omnia ipse vnus posset, nihil respondit, sed velut deliberabundus in hortum ędium transijt, sequente Nuncio, & responsum expectante; ibique inambulans tacitus summam papauerum capita, baculo decussit. Ex quo filius intellexit, primores vrbis interimendos esse, quod breui præstitit. Hujusmodi *Actiones*, Activæ Chriæ argumenta esse possunt.

Quid est. Chria *Verbalis*?

R. Illa est, quæ verba sententiosé, ab aliquo prolata, explicat.

Da Exemplum.

Fam. Strad. de bell. Belg R. En aliquot. 1. Difficiliùs est imperata facere, quàm imperare facienda 2. Pro facis, interdum pugnatur acriùs, quàm pro Aris. 3. Propé se consequuntur, proponi formam, & & exponi pudicitiam. 4. A summo declinantibus, facilis est, per prærupta, ad infima quoque casus. 5. Non est ejusdem manu, ignem inijcere, & iniecto spatium, modumque statuere. 6. Sparsa in commune gratia, ab omnibus accipitur, à nemine redditur.

Quid est Chria *Mixta*?

R. Ea est, quæ factum quodpiam sermone coniunctum complectitur.

Da exemplum.

R. Duplex

Duplex affero. 1. Diogenes, cum puerum vidisset petulanter, & immodestè se gerentem, ejus pedagogum fuste percussit, adjiciens verberibus verba hæc: *Siccine puerum hunc tua curæ commissum instituis?* Scilurus Scytha octoginta filios, moriturus cum advocasset, jaculorum fascem, singulis frangendum porrexit, sed frustrà; quis enim tot jacula simul collecta frangeret? Ipse verò, tela singula seorsim eximens, nullo labore fregit; factoque monitum præclarum addens, *Quandiu*, inquit, *vos coniunget mutuus amor, arctoque beneuolentia nexu vinctis copulati, tandiu infracti, inuictique eritis: At si qua dissensio vos segregabit, ac distrahet, vincemini facilè.* *Plutarc. in Apophr.*

CAPVT II.

Chriæ Partes.

Quæ sunt illæ Partes, seu Capita, ex quibus Chria componitur?

R. Octo ista; *Encomium, Paraphrasis, Causa, Contrarium, Simile, Exemplum, Testimonium veterum, Epilogus.*

Seu mavis, vulgari more loquar. Tractanda Chria est, á

Laudatiuo,	*Simili,*
Paraphrastico,	*Exemplo,*
Causa,	*Testimonio veterum,*
Contrario,	*Breui Epilogo.*

Quid sibi vult, *à Laudatiuo*?

R. Inchoandam esse Chriam, ab illius laude, qui vel dictum protulit, vel edidit factum illud, quod Chriæ materiam præbet.

Quid significat, illud *à Paraphrastico*:

R. Idem, ac si diceres, *ab Expositione* facti, seu dicti, quod per Chriam, suscepimus amplificandum. *Paraphrasis* enim, nihil aliud est Latinè, quàm liberior Interpretatio, & dilucidior Explicatio dicti cujuspiam.

Quid sibi vult *à Causa*?

R. Afferendam esse causam aliquam argumenti, quod pertractavimus, v. g. in hac sẽtentia, *Pecuniæ obediunt omnia*, quærendum esse, cur omnia obediant Pecuniæ, tanquam Dominæ; Et hæc præ cæteris occurret causa; quód Pecuniæ usus, ad ómnia sit feré necessarius.

Quid illud est, *à Contrario* ?

R. Significat, ex contrariarum rerum conflictu, id confirmandum esse, quod probandam nobis est. Exempli causa. Quemadmodum Pecuniæ obediunt omnia, id est, sicut opulenti in cæteros imperium exercent, videnturque adepti licentiam omnium rerum; *E contrario*, Egeni jacent, contemnuntur, aliorum voluntatibus coguntur obsequi.

Quid, *à Simili* ?

R. Illustrandam esse docet, propositam sententiam, similitudine quapiam. Vt. Quemadmodum Regi famulantur subditi, & ab *illius* nutu cuncti pendent; ita Pecuniæ obediunt omnia. Vel. Sicut qui Claues habet portarũ verbis, & arcis, in ciues dominantur, nemoque porest, ejus imperio se subducere; Sic, qui pecunia abundat, est quasi cæterorum dominus.

Quid, *ab Exemplo* ?

R. Monet, exemplum adducendum esse, ad stabiliendum quod intendimus, Vt si dicam, ad confirmationem allatæ sententiæ, Cæsarẽ, pecuniarum largitionibus, viam sibi munijsse ad totius orbis imperium

Quid, *à Testimonio veterum* ?

R. Ostendit, Scriptoris cujusdam veteris authoritate, confirmandam esse propositam Chriæ sententiam: v. g. Dicam idem sensisse Virgilium, cúm pecuniæ summam potentiam admiratus, exclamauit in hæc verba:

——— *Quid non mortalia pectora cogis,*
Auri sacra fames -

R. Quid, denique sibi vult, *à breui Epilogo* ?

R. Indicat, quæcunque dicta sunt breui, aptaque verborum comprehensione, concludenda esse.

Quod

Quod est difficillimum Chriæ Caput?

R. Illud, quod secundo loco ponitur quodque *à Paraphrastico* nominamus: Vbi autem ab illo discesseris, Encomium, seu, quod á *Laudatiuo* dicimus, non leuis est momenti, & negotij. Quocirca de vtroque separatim nunc agendum est; adijciemus postremo pauca de reliquis.

CAPVT III.

De Primo Chriæ Capite.

A LAVDATIVO.

QVam ob cavsam, Chriam aspicamur, á Lavde Auctoris sententiæ, vel Actionis amplificandæ.

R. Quia, quò maior est loquentis, aut agetis avctoritas, eò maioris sunt ponderis, ejus seu dicta, seu facta. Vt ergo Sententia, aut Actio explicanda, non fidem solùm, apud avditores, sed quandam quasi venerationem sibi concilies; præmittenda est Lavs Auctoris.

Qua ratione, lavdandus est Auctor?

R. Duplex hujus rei cavtio est. *Prima*, ut laudes sint veræ; nam lavdem, quâ quis caret, ipsi tribuere, non est laudare, sed illudere. Licebit tamen, quod ait Cicero, hoc in genere, largiri nonnunquam, plusculùm etiã, quám concedit veritas, & adhibere figuram, quam vocamus Hyperbolem, siue Auxesin, sed modestam. *Secunda cautio*; Vt propriè sint laudes, eique conuenientes, cui adscribuntur. Sic, Poeta non est laudandus à robore virium, sed ab ingenio; nec Imperator à suauitate vocis; sed à fortitudine, ac scientia militari.

Quasdam mihi, hoc loco, Ideas Exordiendæ Chriæ, quæso trade.

R. Faciam, eoque libentius, quod me non lateat, nullam fermè rem esse, in hoc gene-

re, quæ tyronum animos molestiùs afficiat quam ista Chriarum Exordia. Cùm enim in iis, dicti vel facti cujuspiam laudandus sit Auctor, ut nunc monebamus, vbi tritum illud, ac puerile, *Meritò laudandus est Isocrates*, præcinuerint, continuò, hæret illis aqua, nihilq; occurrit quod adiiciant. Cui ego incommodo, ut occurram, eorumque hac in parte, molestiam utcunque leuem, varia Exordiorum exempla subiicio, è varijs petita Rhetoricæ locis, ac Figuris; ad quorum imitationem, similia ipsi cōdiscāt, aut etiā meliora effingere.

VARII.

EXORDIENDÆ CHRIÆ MODI.

His exordijs, Transit iones annectam idoneas, quibus prima huic parti, quæ ab Encomio *dicitur, altera Chria pars, quæ vocatur*, à Paraphrastico, *aptè commutatur.*

IN CICERONIS LAVDEM.

A Definitionibus conglobatis.

Ciceronem, quem meritò appellare possumus, supremum fori Regem, Oratorum Cōsulem maximum, Triumphatorem animorum inuictissimum, splendidissimum Curię Solem, Rhetoricæ Decus, & Ornamentum, Alumnū, aut Parentem potiùs Eloquentiæ, Latinæque facundiæ Fontem, dicere solitum accepimus, *a Præter culpam, & peccatum, homini accidere nihil posse, quod sit horribile, aut pertimescendum.* Quo, quid præclarius? quid ab homine sapientissimo verius dici potuit?

I. *Encomiū*

a *Li. 5. Ep. ſt. 28.*

A Paraphrastico

Expendamus, amabò, verba singula diuinę sententiæ. Itane verò, Marce Tulli, nihil pertimescendum esse vis, præter culpam? Quid? non est pertimescenda, ipsa bonorum iactura? ipsa mors, &c.

IN

IN VIRGILII LAVDEM.

A partium Enumeratione.

O Poetarum Coriphæe, Virgili, quàm ego te lego lubens, ac laudo! Quis enim tam inuido, aut agresti ingenio est, qui si tuam, vnà cum scriptis tuis euoluat vitam, virtutes in te non miretur maximas: Pudorem nō prædicet admirabilē, qui virgineum tibi fecit nomen, dum *Parthenias* appellatus es? Humanitatem non extollat, qua omnium tibi coæuorum deuinciebas animos? Modestiam non exosculetur, quę te compellabat in latebras, quoties digito, à prætereuntibus monstrareris? Pietatem non veneretur, cui tot laudes tribuisti, quam moribus castissimis consecrasti; Prudentiam non efferat, quam Augustus ipse suspexit, cùm te consuluit, consiliumq; danti paruit? Hanc equidem præ cæteris virtutem, cum ubique suspicio tuis in poematis tum verò præcipuè, cum asseruisti, *Non aliam salutis spem ijs effulgere, qui victi fuerint, quàm si nihil omnino sperent*: hoc vno carmine mysterium illud comprehendens, & explicans. II· Encomiū. Vide Certamen. I. tom. in Virg.

Vna salus victis, nullam sperare salutem. *A Paraphrastico.*

Enucleemus hoc Mysterium, cujus sensum, prorsùs dicas carere sensu, si parum tibi perspecta fuerit Poetæ mens. Quid enim verò? inquies; Vt saluti suæ consulat, qui ab hoste deuictus est, ei speranda nulla est salus? Ita planè, nulla speranda est: Cum enim nullum sibi superesse viderit, salutis consequendæ locum, quid non aget? quas strages non edet, ut se expediat? &c.

IN LAVDEM ARISTOTELIS.

A Notatione nominis, III. Encomiū

Non sine diuino consilio factū putem, quòd Principi philosophorum *Aristotelis* fuerit impositum nomen. Quid enim Ἄριστος nisi *Optimus* sonat? Quid τέλος nisi *summum*, nisi extre-

extremum, *perfectum*, *obsolutumque* significat? Fuit nimirum, id nominis absolutissimæ lavdis quasi prænuntium, qua vir ille summus sic excelluit, ut in ipsius mente Sapientia videretur fixisse sedem; aut certè dono quodã prouidentiæ crederetur esse progenitus, in cujus animo Artes omnes optimæ, ac liberales disciplinæ, vires suas ad certamen vsq; experirentur, ac ostentarent. Adeò infinita eruditione conspicuus, omniumq. præclarissimarum rerum intelligentia instructissimus, supremum attigit doctrinæ verticem, statutaque humanæ menti metam, ingenij celeritate, longè multumque superasse visus est. Talis, ac tantus vir, audite, quid aliquando in commendationem literarum responderit. Rogatus enim, *quo differens Docti ab Indoctis: quã* inquit, *Viuentes à Mortuis*.

A Paraphrastico. O dignum Aristotele responsum! o, mortalium sapientissimo, digna vox! Hos, tu viuere putas, qui omnis eruditionis expertes, in summa optimarũ artium ignoratione versantur? Hos, inquam, viuere tu putas, quia sentiunt, quia loquuntur, quia cæterorum more, vsura lucis fruuntur? Erras. Hæc vita non est, &c.

IN SENECÆ LAVDEM.

A GENERE, ET FORMA.

Magnam quidem, egregiamque laudem sibi sapientissimus Romanorum Seneca peperit, eximiamque existimationem adeptus est, cùm plurimis præclarè factis, tùm verò æquabili vitæ moderatione, quam non minùs in aduersis, ac in secundis rebus adhibuit, maiori tamen hac gloriæ, nomen illustrauit suũ clarissimis ingeni monumentis, quæ trasmisit ad posteros, tot figurarum luminibus renidẽtia, tot abundantia, tonantibus verbis, tam grauibus ornata sensis, ut quamvis cæteræ amimi laudes abjuissent, hæc una, tanti viri famam, ad sempiternam temporis memoriã, propagatura facilè fuisset. Illum adeò non loqui

qui diceres, sed oracula fundere; non scribere, sed legesi ferre, nec tam in verba, characteres fingere, quàm figurare uerba in sententias; At quàm argutas! Superi! quàm exquisitas! quàm reconditas! Vnam de omnibus vultis explanemus? Accipite, quàm scitè, peruersam hominum, in carpendis aliorum factis consuetudinem, carpat ipse, atque reprehendat. *Aliena vitia* inquit, *in oculis habemus, nostra à tergo sunt.* *A Paraphrastico.*

Planè ita res habet; gerimus, quod aiebat alius ille, manticam super humerum; in illius anticam partem, aliena peccata; in posticam propria immittimus, ut nostra hæc nunquam inspiciamus, illa contra semper obuersentur oculis, &c.

IN CÆSARIS LAVDEM.
A COMPARATIONE, ET CONTRARIO.

Et si non satis iudicatu procliue, plerique putent; plus sne lingua Cæsar valuerit, quàm manu; stylone fuerit, quàm pilo, scriptis quā factis, commentarijs quàm victorijs, dicendi quàm bellandi arte præstantior; in eā ego tamen opinione sum, ut existimem, illum militare decus, obscurasse scribendi gloria; victoriasque vicisse suas, dicendi lavde; ingenijque pernicitate, non modo assecutum esse, magnitudinem animi, bellicamque fortitudinem, ac felicitatem, verùm etiam, longè multumque superasse. Præterquam quod enim eximias lavdes bello partas, innumerabilesq; triumphos, Commentariorum, quos edidit, divino beneficio edacitati temporis subduxit, æternitatique commendauit. Quis neger, egregia, quæ armatus gessit facinora, populorum dedecorasse, infinita clade: palmas quas messuit, miserorum rigasse sanguine: captarum direptione vrbium, ac prouinciarum, suam amplificasse dignitatem, & per aliena damna, stragesque publicas, quasi per gradus, supremum conscendisse gloriæ thronum, & orbem subegisse vniuersum? At verò, Ingenij victoriæ quas retulit, Eloquen- *V. Encomiū*

tiæ triumphi, quos egit, Eruditionis trophæa, quæ consecrauit, non modò nemini perniciē, sed summam etiam utilitatem posteris, futuris ætatibus admirationem, ipsique Cæsari immortalem nominis famam, illibatumq. decus peperere. Æstimate, quæ de illo dixi, diciique possunt, unius hujus consideratione sētentiæ, & ex ungue, quod aint, Leonem cognoscite. *Nihil,* inquit, *Imperator faciat libentius, quàm supplicibus ignoscere.*

A Paraphrastico. Audite Duces, Legati, Tribuni militum, Imperatores, audite Cæsarem Imperatorum omnium Ducem, ac Regem, militaris officij jura describentem; Ex eo discite, quid vobis sit libentius, in bello faciendum, si palmas, si victorias, si coronas ambitis. *Nihil,* inquit, &c.

IN Q. CVRTII LAVDEM.

A Simili.

VI. *Encomiū.* Terenti mihi, ac sæpe numero legenti Q. Curtij Commentatores, deambulare videor in Horto quodam ornatissimo, inter pictas areolarum amœnitates, peruenustis distinctas flosculis quorum odoro risu, inuitari me vndecunq; sentio jucundissimeque compelli, ut illum legam potiùs, ut istum, aliumque priùs decerpam; cumque mihi sese carpendos singuli certatim offerant, nullus occurrit tamē, quem posthabeam, quem cæteris auferam; ita proprio colorum decore, alijs alij præfulgent, singulique singulos vincunt venustate formæ, præcipuaq; odorum fragrantia. Haud absimili ratione, Historiam dum lego Curtij, voluptate quasi laborat animus; mira sententiarum varietate blande pellectus, quibus pulcherrime collucet tota, venustissimeque distinguitur. Vna est tamen præ cunctis arridens, quam modò, paulò curiosiùs, ceu Florem eximium, placet olfacere, attentiusque contempiari, Proh! quàm suavem exhalabit odorem ubi explicata fuerint verborum folia, quibus efformatur! *Nihil,* inquit, *tam altum natura constituit, quò Virtus non possit emti.*

Quid

Quid enim tam sublime, arduumque esse aut fingi potest, quó virtute instructus homo, aspirare non possit; atque pertingere? Quæ difficultates obijcientur, quas non rumpat, qui opponentur obices, quos non disijciat? quę impedimentorū moles quas non euertat?

IN LAVDEM SEVERINI BOETII.

A B E F F E C T I S.

Qualis quantusq. fuerit, quám eximiè cumulatus omni genere lavdum, quam illustri conspicuus meritorum fama, Seuerinus Boetius, qua valuerit apud Reges gratia, apud omnes auctoritate, quám excellenti fuerit in Deum fide, qua pietate præcelluerit, quanta publicam rem administrarit sapientia, quanta linguarum omnium cognitione floruerit, quám admirabili eruditione ornatus, quám recondita singularique literatura perpolitus, quæ volumina scripserit, quos in lucem libros ediderit, quæ virtutum monumenta reliquerit, quas pertulerit ærumnas innocens, quos carceres, quæ vincula, quos cruciatus, quám crudelem, acerbamque mortem, pro Catholicæ Religionis defensione tolerarit, quàm denique, tot factis, tot studijs, tot laboribus, immensam gloriæ mercedem collegerit, si oratione recensere mihi esset animus, haud aliud profectò mihi faciendum putarē, ac malè feriatus ille, qui Solem ipsum illustrare maligna candelæ luce moliretur. Deijciamus ergo vultum, ut ne perstringatur animus, tám inusitato lavdum splendore, & venerationis velo luminibus obducto, vnum dūtaxat admiremur, ex illo lavdum Sole, radium. Ipsius facta taceamus, dicta voluamus animo; prætereamus, quæ lavdatè gessit, expendamus, quæ scripsit præclarè, hancque præcipuè, dignam sæculorum omnium admiratione sententiam. *Infeliciores sunt* inquit, *qui faciunt: quàm qui partiuntur iniuriam.* VII. *Excomiū.*

Quis hoc credat? qui alios conuicio violāt, iniurijs afficiunt, omni contumeliarum gene- *A paraphrastico.*

diuexant, ijs ipsis esse miseriores, quos miserijs obruunt? &c.

IN LAVDEM FAMIANI STRADÆ

PER APOSTROPHEN.

VIII. *Encomiũ*

O te omnium literarum commendatione cohonestandum Famiane Strada! o te singulari lavdum prædicatione, & oratorum omnium voce præconijsq; celebrandum! *a* Quod enim non meretur honoris præmium insignata illa dicendi facultas, qua eminuisti? Quã lavdis mercedem, non sibi jure vindicat, exquisita illa Rhethoricę artis intelligentia, qua enituisti? Quem gloriæ fructuum, tuo non jam peperit nomini, parietque in dies semper maiorem, absolutissima illa Historiæ conscribendæ peritia, qua excelluisti? Sané, quod verbis scripta tua distincta sunt: tot mihi videntur illuminata gemmulis, & quot sententijs conspersa, tot adridere flosculis, totque splendentibus stellulis jucundissimé radiare *b* Illarum tamen gemmularum uelut Adamantem prætiosissimum, illorumq; florum tanquã Rosam elegantissimam, harumque stellularũ veluti Solem, sentẽtiam istam reliquijs alijs, nemo non anteponat, quam sic expressisti. *Belli Duces, nihil magis timere debent, quàm ne timere videant ur.*

a Interrogatio, & Similiter desinens.

b Distributio.

Auditisne; Copiarum Ductores? Præfecti exercituum intelligitis, quid vobis metuendum in bello sit? Nihil, inquitis, fortissimo Duci metuendum est; Imó, vnum est, quod maximé reformidare debeatis, ut ne uidelicet, quicquam reformidare videamini, &c.

A Paraphrastico.

IN LAVDEM S. HIERONYMI.

Per Congeriem Sententiarum.

IX. *Encomiũ*

Eximiam quidem admiranda ingenij vis, ac celeritas, quã celeberrimum Ecclesiæ Doctorem Hieronymum, floruisse constat, eandem, ac venerationem meretur: summam illius eruditionem, cumulatamque linguarũ om-

omnium notitiam; omnium ingenuarum artium cognitionem perfectissimam, qua præcelluit, omnibus encomiorum ornamentis, nemo dignè satis illustret. Nulla mihi tamen, ex innumeris quæ illum commendauere animi dotibus, sublimior videtur, aut maior, quám inusitata illa Sapientiæ virtus, cum in omni eius vita, claré reuidens, tum præcipuè in sententiarum maiestate, quibus ea, quæ nobis tradidit, doctrinæ monumenta perereuditè illustrauit, incredibili splendore profulgens. Quæ ne quis magnificentiùs á me dicta, quám veriùs, forsan existimet; placet ex ijs vnam proferre in medium, omnibusque demiranda proponere. *Solus*, inquit, *Libertas est, non seruire peccatis.*

Quid igitur, Doctorum Maxime? Qui sui juris est, & pro arbitrio cuncta gerit; is non est liber? Non est liber. Qui nihil coactus, nihil necessitate compulsus, sed sponte agit omnia; eum tu non dices liberum? Non dicam liberum, &c. *A Paraphrastico.*

IN LAVDEM S. AMBROSII.

Per Interrogationem, & Auxesin.

Quę lingua vsque adeó soluta, & eloquēs, quæ tam diserta, volubilisque dicendi facultas, quod orationis genus tam expolitum, perfectumq. vel minimam lavdum particulā, aut verbis exequatur, aut enumerando recenseat, quas Ambrosius, (ò ambrosia dulcius nomen! (ò nectare suauis ingenium!) illustri sanctimoniæ fama, ingenijq. magnitudine sibi comparauit? Deficiunt me certè verba, calamusque torpet, stupentique similis unimus hæret, admiratione suspensus, quoties, eximia ipsius, quę transmisit ad posteros, eruditionis ornamenta peruoluens; sententiarū, quas, cùm viueret, pleno profudit ore, consignauitque deinde literis varietatem atq. maiestatem, attenta cogitatione perpendo. Attamen, omnium illa mihi semper est visa longé præclarissima, & ad morum informationem, X. *Encomiū*

nem, in primis utilis, ac pernecessaria, quam his verborum coloribus adumbrauit. *Luxuria, seminarium, & origo est vitiorum omnium.*

A paraphrastico Si quis ergo omnia profligare vitia cupit, indicat uni Luxuriæ bellum, immortales, capitali huic vitio inimicitias denunciet, &c.

IN LAVDEM S. BERNARDI.

Per Apostrophen Allegoricam.

XI. *Encomiũ* Huc adeste, ingeniosæ librorum Apiculæ Huc conuolare eruditi melis Artifices studiosissimi; qui curiositatis, ac diligentiæ sub nixi pennis, florulentos scientiarum horto circumuolitantes, singula descriptorum volu minum areolas, perlustratis animo, atq odo ramini, huc adesse. Ad amœnissimos Scri ptoris planè melli (Bernardus is est, benè no stis) vos hodie pulullos inuito, innumeris perspersos fvauiolentibus herbulis, floribus que pulcherrimis fvauissimè picturatos. En flosculum vobis hunc vnum inspiciendum, at que olfaciendum offero, ut de cætera divin hujus viridarij magnificentia capiadis speci men. At, quem flosculum offero? Sententia hæc est, qua nihil arbitror, vel subtilius, ve sapientius dici potuisse. *Omnia illi desunt, qu nihil sibi deesse putat.*

A paraphrastico Nihil sibi deesse putat homo opulentus omnibus fortunę muneribus affluens; desunt ne illi omnia? prorsus omnia. Nihil desiderat, cui ad voluntatem cuncta fluunt; omnia nè illi desunt? ita deinde, &c.

IN LAVDEM S. AVGVSTINI.

PER EANDEM FIGVRAM

XII. *Encomiũ* Stellæ, cæteraq; minora Sydera delitesci te; Sol, Dux vester, & Imperator exoritur Abscedite, Scriptores ethnici, profanæ Faces tenebricosæ Lampades, viles Nitedulæ ve stris vos sublustribus vmbris inuoluite: Ecce lucidissima doctrinæ purioris Astra, Doctore illustrissimi, decedite quoq; tantisper, hono

ris

rū gratia; Augustinus adest ingeniorum Sol, orbis Christiani clarissimū lumen, ac decus. En jam prodit, splendore virtutum, ac scientiarum, Ecclesiæ maximum Sydus; radijs, errorum caliginem discutit, vitiorum tenebras pellit, hæresumq dissipat nubes, & mundū erudita luce collustrat vniuersum, perpetuūque, quod mirere, dicta efficiat, suumque post occasum, in suis, etiam nunc totus refulget, scriptorum Parelijs in quibus suam expressit ipse imaginem, nulla temporis, aut obliuionis caligine obscurandam. O splendidam, quam aureis characteribus depictam in ijs video, Sententiam! Quid ais, Augustine? Quid radio descriptum vnico, nobis legendum obijcis? *Mali seruiunt bonis*, inquis.

Bonis Malos seruire dicis? Quin potiùs, Malis Bonos seruire asseris? Sic enim comparatum videmus, ab rerum ortu, ut vitio virtus appressa seruiat. Vera tamen sunt, quæ pronuncias. Seruiunt bonis Mali; quibus in rebus? &c. *A Paraphrastico*

Habes hic duodenos Chriæ exordiunda modos, totidemque Encomia; quorum non nulla, si fortè cuipiam prolixiora videbuntur, ad suum iudicium meā quoque sententiam adscribas; etsi consultò hoc etiam in genere in gratiam Candidatorum luxuriare placuit, habent enim collectas vnum in locum, multiplices laudum formulas quarum, varios in vsus non rarò indigent. Vt autem dicam hac in re, quod sentio huiusmodi Chriarū Exordia, eo aptiora mihi videntur, ad dictionem reliquam quo paucioribus sunt comprehensa verbis. Quid enim opus est; sic excurrere in laudem auctoris, cum non de illo, habendus sit sermo? Ideircò, obiter tantum perstringere illius laudes mallem, ijs ferè similibusq; formulis.

BREVIORA CHRIARVM EXORDIA.

I.

Quæ splendidior vnquam, floridiorq; sententia, ab hominum sapientissimorum ore dimanauit? Quæ cogitatio subtilior, concinnioribus expressa vocibus? Quis animi sensus argutior, literis mandatus illustrioribus? Quod acutè dictum insignius, elegantiori ex-

explicatum verborum contextu, quàm quod Romanorũ omniũ immò etiã omniũ gentiũ eloquentissimus Cicero, paucis his sce voculis est complexus. *Improbo bene esse non potest.*

II.

Potuitne egentissimus, simulque locupletissimus ille mortalium, ille rerum humanarum contemptor, calcator ille fastus, & arrogantiæ, ridiculus ille, admirabilisq; Philosophus, ac derisor Diogenes, potuitne iuquã, quicquam profari verius, vel ingeniosius; quàm cùm interroganti cujuspiam, quodnã sibi videretur, sustinere terra grauius onus, *Indoctum hominem* respondit.

III.

Quàm sapienter, clarissimum Hispanici Parnasi lumen, & ornamentum Seneca; ingenij subtilitate nulli secundus, sententiarum grauitate inferior nemine, tragici majestate carminis, omnibus facilè Superior, divinum, ac mirabile hoc effatum pronunciauit!

Qui non vetat peccare, cum possit, jubet.

IV.

Nihil veritati conuenientius, aut ad legentium profectum utilius exarare potuisti, Properti suauissime Poetarum, Vmbriæ quæ te vidit, illustre Sydus: Italiæ, quæ ingenij tui comitatem mirata est, insigne Decus: Dico iterum, nihil immortali mandare chartæ potuisti, ad morum institutionem perfectius quàm hunc versum:

Imperat, haud seruit, possessa pecunia cuique.

V.

Audite Pueri, ac Iuuenes, qui turpissimas odistis, caue pejus, & angue, voluptates audite quid vobis accinat Ouidius, Poetarum ille Dux, & Antesignanus, qui ingenij laude singulari, sempiternæ memoriæ nomen commendauit suum, omnium scriptis, & prædicationibus exornandum. *Est Venus in vino,* inquit.

quit. Venerem auersamini? vinum respuite.

VI.

Quid arbitraris, purissime Latinitatis summe Princeps? Comicorum excellentissime, disertorum elegantissime Terenti, qui comitate morum, amœnitate dictionis, ac sententiarum cupedijs, capis oculos, animosque retines, miraque voluptate reficis? Quid arbitraris? *Id arbitror,* inquit, *apprime in vita vtile esse, ne quid nimis.*

VII.

Quoties Sallustij, historicorum omnium, meo quidem judicio, facilè principis, dignos æterna luce commentarios, evoluo manibus, oculis perlustro, mente animóque considero; continere me non possum, quin admirabundus exclamem, ò virum, omnium literarum laude celebrandum! ô sempiterna dignum commendatione ingenium! quàm prudenter singula digessit, quàm eruditè discussit omnia! quàm grauiter, cùm cætera, tùm verò hanc sententiam protulit! *Maiorum gloria, posteris quasi lumen est, neque bona eorum, neque mala, in occulto patitur.*

VIII.

Non sine causa, magnus ille, sapientissimusque Declamator, Rhetorumq; Magister, Quintilianus, eximio ingenij splendore eam gloriæ mercedem consecutus est, ut omnem inuidiam superasse videatur. Quis enim illo, in laudando comptior? quis in vituperando scitior? quis subtilior in edisserendo? quis ornatior in verbis? quis argutior in sententijs? Mihi certè acutior nunquam visum est, ac pressior, quàm cùm dixit, *Satis diminutum esse, nihil velle amplius.*

IX.

Vnicum hominis bonum, Scientia, vnicum malum Inscitia est, aiebat sapientissimus ille mortalium, Socrates, qui primum Philosophiam

phiam deuocauit é cœlo, & in vrbes induxi
si Ciceroni sit habenda fides; qui incredib
2. de fin. virtute septus, ac munitus, qui multiplici r
& 5.Tusc. tione disputandi, rerum varietate, & ingen
magnitudine cùm superasset omnes; vixisse
que sanctissimæ, ita in judicio capitis, p
se ipse dixit, ut non supplex aut reus, sed
magister, aut dominus videretur esse judici
mortemque ipsam non constantissime solùm
sed etiam quasi triumphum agens de mal
uolorum iniurijs, & iniquitate fortune, la
tus oppetierit.

X.

Quem ad finem, illud semper in hore h
bebas divina vir facundia, Theophraste, ma
gni magistri Aristotelis Discipule maxime
qui ad ea dicendi laude effloruisti ut mereré
à Cicerone, Philosophorũ eruditissimus, & el
gãtissimus fueris appellatus? Quid erat, quò
rebró vsurpare hoc illustre dictũ solitus e
les? *Sumptus, pretiosissimus, Tempus est* cũ il'u
tamen in nugis, quodque grauius est, in v
tijs criminibusque plerique consumunt

XI.

Doleo. Quid doles, Rex oratorum Demo
sthenes, Eloquentiæ pares, & artifex, qu
omnes, quotquot ante, vel post te, florer
dicendi gloria, orationis ui sublimitate, im
petu, cultu, cõpositione separasti; *Doleo* Qui
doles? quód votis fortuna tuis parum obse
cundet? quod morbus te aliquis, aut ægritu
do mentis inuaserit? *Doleo*. Quid est, quó
doleas? (suspensio sic prolixior fieri possit
*Doleo, quod antelucana opificum industria sæpi vi-
ctus sum*: ò contentionem admirabilem! Do
let orator ille præstantissimus; Adolescentes
quòd maior sit, quám nostra, opificum dili
gentia, &c.

XII.

Nemo læditur, nisi à se ipso. Quis hoc dicit
Quis? Orator ille sanctus, qui unus omni
diff usa

diffuſa per omnes oratores ornamenta complexus eſt. Quis id aſſuerit? Antiſtes ille ſancer., nullo decorandus conuenientiori nomine, quàm ſi ex omnium ſæculorum, ingeniorumque virtutibus, collecta perfectio nominetur. Quis hoc affirmauit: Eloquentiſsimus ille Præſul, in quo, omnes Rhetorum colores, omnes ingeniorum diuitiæ, omnes elegantiarum de itiæ, ad certamen vſque luxuriant. Quid is protulit: Os illud magnum, ſapiens, beatum, nectare, & ambrofia diſluens; proprium dicam nomen, ipſum Os Aureum, vel ut clariùs, etſi Græcè loquar, ipſe Chryſoſtomus hoc dixit, & benè longa oratione comprobauit.

CAPVT IV.

DE SECVNDO CHRIÆ CAPITE, A PARAPHRASTICO.

QVanti momenti ſit hac neceſsitatis, hoc vnum Chriæ caput, quod à *Paraphraſtice*, ſiue *ab Expoſitione* nominamus, vel hinc intelliges, quod illius fermè vnius cauſa, quecunque ab initio hujus Libelli dicta ſunt, typis mandata eſſe iudicarim, nominatim verò, quæ de arte conſtruendę Periodi, deque Amplificandi ratione diſputauimus. Proinde tibi auctor ſum, ea ut attentè legas, & meditere diligenter., ad hoc enim Chrię caput precipuè referuntur. Adijciam hic tamen nonnulla, ut ſpero, non ſuperuacanea.

Aio igitur, hanc partem, eſſe omnium precipuam, eſt enim tanquam Chrię corpus, cęterę verò ſeptem, ornamenta potiùs videntur hujus corporis, quàm partes. Idcircó neceſſe eſt, ut partes reliquas, hęc vna magnitudine ſuperet: in ea conformanda, exornandaque, accuratiori ſtudio deſudandum, hanc tundere periodi, hanc orationis pigmenta diſtinguere, hanc figurarum geminę illumina-

re

re debent; nihil denique non agendum, u
suis numeris expleta, perfectaque sit.

Inde fit, ut hęc vna pars, plus fermè n
gotij exhibeat, Rhetoricę Candidatis, quá
reliquę omnes, quód profectò difficilli
videatur, ac reipsa sit. Quo circa enitendu
non mihi est, ut si non tolli omninò pote
difficultas illa, minuatur quidem certè, qua
tum consequi potero.

ARTIFICIVM.

PVBLICANDÆ SENTENTIÆ.

Præmittenda nonnulla sunt, quo facilit
intelligantur, quæ sequentur.

1. Sententia, vel est simplex, vel composi
ta. Simplex est, quę sensum vnicum habet, u
Omnia vincit amor. Composita, quæ duplicen
habet sensum. Vt, *Audaces fortuna iuuat, tim
dosque repellit*. Quod de dmplici dicam, iden
intelligeudum de Composita; nihil enim in
ter utramque interest, nisi quòd in Simplici
vnus tantùm; in Composita, duplex sensu
est explicandus.

2. In qualibet Sententia, duo sunt exper
denda. Primùm, id de quo enuntiatur aliquid
(Quod Dialectici *Subiectum* vocant) Alterun
id quod enunciatur. (Prædicatum, seu Attr
butum dicitur á Dialecticis) v. g. Cum dic
Omnia vincit amor, quid illud est, de quo en
ciatur aliquid? *Amor*. Qoid autem enunci
tur, & prædicatur de Amore? quod scilice
omnia vincit.

3. Omnis Sententia, duobus ad minimu
constat Membris, ac sæpe pluribus. Vt expl
cetur autem, ac dilatetur, quid est faciendu
Idem prorsùs, quod Progymnasmate prime
faciendum esse præcepi, cùm decorem m
dum dilatandæ Periodi. pag. 31. Partes si
gulæ cujusque Membri componendæ sen
illius præsertim Membri, quod videbitur e
se præcipuum, quodq; in plures partes distr
bui

commodiùs poteſt. Exemplis fient percua, quæ dicimus. Vulgarem ſi ſententiā namus explicandam.

OMNIA VINCIT AMOR.

Hujus ſententiæ tria verba ſunt, totidemq. embra. *Amor vincit omnia*. Vnaquæque vox quoddam quaſi Totum, ex multis partis compoſitum hæ partes, conuolutæ, ac mplicatæ, permiſtæque ſunt, latentque ſub um illarum vocum inuolucris. Euolue, atq; plica ſingulas, & incipe ſi vis ab iſta.

Amor.

Habetne partes vox hæc, *Amor*, quas exces? Nullas quidem habet veras, neq enim eſt corporea, habet tamen quaſi partes, finitiones nimirum varias, quæ ei conueepoſſunt, & ex quibus coaleſcit, tanquā partibus. Quærendum igitur erit, quid ſit or, & ab ejus effectibus, hæc tibi Definines occurent.

Amor, rapax illa cordis Illecebra, inuictus Tyrannus animi; ille motuum Concita-, & inteſtinarum perturbationum incenfatalis illa Fax humanæ mentis, inſidiolla Sirena, ſuauis ille Tortor, blanduſque nifex, &c.

VINCIT.

Quid eſt, *vincit?* hoc eſt, pellicit, irretit, imat, fert, vulnerat, affligit, proſternit, areripit, ſpolia detrahit, catenas inijcit, train ſeruitutem, carceri mancipat, domina exercet, ad ſuum nutum, & arbitriū tort, verſat, inflectit, ſui juris efficit? Quid?

OMNIA.

Omnia; hoc eſt, Hominem ipſum totum, cor, animum, ſenſus omnes, omnes facultaanimi, mentem, memoriam, voluntatem; ſimul, ac hominem deuicit amor, quid, ? Corpus totum ſibi deuincit, oculos dirigit

git in rem amatam, aures aduertit ad il lavdes, & iussa, indit pedibvs celeritate ut feratur quò imperat; manibus addit so ciam, ut famulentur; ori venustatem, ut | cear; cor succendit, ut amet; mentem oc pat, ut de illa nunquam non cogitet, volu tem inflammat, ut ejus desiderio, tota ard

Omnia vincit; id est, omnes omnium a tum viros, ac fœminas, puellos, adolesc tes; senes decrepitos, omnium condition tam plebeios, quam patritios, subditus qu Principes, pavperes æque, ac locupletes, lites, ac Dvces, captiuos, & liberos, togat & sagatos, vrbanos, & agrestes, robustos imbelles, eruditos, & imperitos. Singula recense. Viros Amor effœminat, fœminis rile robur ingenerat, puellis ingenium, a lescentibus ardorem, senibus robur, vigor decrepitis; plebeios euehit, patritios de mit, inopes ditat, diuites expoliat, mili exarmat, duces ducit in triumphum, captiu in libertatem, liberos in seruitutem affe fortes frangit, inermes roborat, potentiar Regibus ereptam, impertit subditis.

Omnia vincit, hoc est, fortunæ, ac nat Dona, & Dotes animi: diuitias, honorem bilitatem, pulchritudinem, robur, sanitat Artes omnes, disciplinas, scientias; Virt omnes, sapientiam, iustitiam, fortitudin temperantiam, pietatem, sibi subijcit, imperio obnoxias reddit.

Omnia vincit; nempe Difficultates, qu si opponi possunt, obices, claustra, mon arces, carceres, vincula, effringit, perr pit, tollit, eludit, superat, ridet. Et peri quoque, terrores, ærumnas, molestias, æ tudines, mortem ipsam, mala omnia vinc

Omnia, nimirum, omni in Loco, rure, domi, intùs, & foris, terra, & mari, in syl & in vrbibus, in priuato, & publico, sa ædibus, & profanis, in tugvrijs, & in pa tibus, munitis, & apertis, ubique deni vincit Amor.

Omnia, omni videlicet Tempore, omni tate

-e, tempestate, de die, & de nocte, mane. & vesperi, quacumque die, hora qualibet, quovis momento.

Omnia: scilicet omni Modo vincit Amor, armatus, & inermis, & dolo, & aperta vi, irrepens, & irruens, ex improuiso, & ex destinato, sincerè se gerens, ac simulate, fallacis, & blanditijs, precibus, ac minis, laudibus, & conuicijs obiurgando, & obsecrando, muneribus, ac vulneribus, aspectu, voce, silentio, gestu, risu, lachrymis, oculis, osculis, acerbitate, ac suauitate, odio, & beneuolentia, fugiendo, & insectando.

Vides, hanc unam vocem, *Omnia*, explicatam, quantam rerum segetem præbeat, non unam certè Chriam, sed ad implendum volumen integrum. Ponamus jam alia Exempla diuersi generis, ne existimes, hoc solummodò dilatari posse, non sensis seca, ut illud, multò ieiuniora.

AVDACES FORTVNA IVVAT.

Ternæ illæ voces, similiter exponendæ sunt, haud absimili ratione.

AVDACES.

Qui sunt Audaces? Ij sunt, qui periculis non terrentur, qui discrimini obijciunt caput, qui nec vulnera, nec mortem exhorrent, quos nullus timor deijcit, nullus aduersæ fortunæ impetus remoratur; Qui nunquam pallent, nunquam formidant, nunquam trepidant, nec diffidunt, neq. desperant. Qui intrepido vultu, mortē aspiciunt, ejusque minas rident, ejusq; impetum sustinent, eiq; nūnquā terga vertunt, sed in eam potiùs imperterriti irrunt. Qui generoso quodam laudis impetu, illud rapiuntur, ubi discrimen grauius, ubi periculum præsentius. Qui stimulati præclara gloriæ cupidine, si cōcurrendum prælium est, primi se in confertos hostium cuneos immittunt: si vi expugnanda munitio, scalas admouent primi, mœnia scandunt, in hostica transiliunt castra. Qui

lassi

læsi, non recedunt loco; deserti non resp-
ciunt fugam; prostrati, non concidunt a-
mo. Tales.

FORTVNA.

De illa, tametsi cæca, volucris, inconstan-
anceps, dubia semper, ac varia.

IVVAT.

Hoc, est periculis tutos, armis inuictos, &
malis infractis tuetur, seruat, defendit, pro-
tegit, roborat, animat, vrget, in hostem inc-
tat: obices amouet, labores leuat, discrimin-
tollit, tela repellit; ejs iter ad victoriam ste-
nit, & arcus triumphales erigit, laureasqu-
texit coronas, & immortalis gloriæ trium-
phos adornat.

Vnum adhuc sumamus exemplum.

DONEC ERIS FELIX, MVLTOS
NVMERABIS AMICOS.

Sententia hæc duobus tantùm constat mē-
bris, 1. *Dum felix eris.* 2. *multos amicos numera-
bis.* Sic autem utrumene diffundam: quærē-
do, quid sit esse *felicem*: denique quid sit, *nu-
merare multos amicos.*

DONEC ERIS FELIX.

Esse felicem, est, 1. fortuna uti prospera. 2
opes amplas possidere. 3. honores, ac digni-
tates obtinere. Hoc igitur modo, illud expo-
nes, per synonymorum congeriem.

Quandiu fortuna respondebit optatis tuis
votisque suffragabitur, & voluntatibus obse-
cundabit, tibique fluent ad arbitrium omnia
& nutu tuo cuncta pendebunt; Quandiu flo-
rentissimus erit rerum tuarum status, nullum
tibi infortunium accidet, felicitate tibi præ-
ferri nemo poterit, ijs vel ornamentis, ve-
præsidijs affllues, quibus maiora esse nulla
possunt, nihilque eorum desiderabis, quæ ad
bene, beateque viuendum requiruntur.

Quandiu affllues diuitijs, maxime tibi fa-
cul-

facultates erunt, omni copiarum genere abundabis, omnibus fortunæ muneribus, egregiè ornatus eris, & ab re familiari paratissimus; Quandiu lauta in domo habitabis splendidè, sumptuosa tibi erit suppellex, lucebunt pretiosis aulæis cubicula, abacus radiabit argento, mensa exquisito semper ciborum apparatu instructa fuerit, & arcas auro refertas possidebis;

Quandiu gloria circumfluens, nominis tui memoria celebrabitur, auctoritate valebis, florebis gratia, eximijs fulgebis honorum titulis; Quandiu summum obtinebis, atque altissimum ciuitatis gradum, eaque geres, quę in republica putantur amplissima: Tandiu.

MVLTOS NVMERABIS AMICOS.

Hoc est innumeros inuenies, qui se tibi addictos, obstrictosque profiteantur, qui singulare suum polliceantur studium, in omni genere officij, quod ad gloriam, & ad rem tuam spectet; qui palam prædicent, nullum pro te alborem, nullum se onus recusaturos: qui quæcunque tibi grata esse viderint, omni cura, ac diligentia complectantur Occurrent tibi frequentes, cum descendes in publicum, deducent te, stipabunt latus, honorificis te verbis excipient, salutabunt comiter, amplectentur, venerabuntur, laudibus efferent, á te stabunt, tuas partes suscipient, ad tuas rationes se adiungent, sua omnia studia, tuam ad dignitate conferent, omnem industriam tibi dicebunt, se vbique strenuos præbebunt tui defensores, &c.

Iamne intelligis, quàm facilè dilatari possit quævis sententia? quod enim in his tribus exemplis à me factum est, idem tibi faciendum erit in cæteris: Non quod Locutiones illæ varias, ac synonymas coaceruandæ sint, eo, quo feci modo, id enim esset puerile, ac nugatorium: sed temperauter, & cum delectu vsurpandæ, prudenterque disponendæ erunt. Multa vero congessi idcircò vnum in locum synonyma, ut aduerteres

quanta sit vbertas materiæ, quanta locutionum varietas, & abundantia, é quibus, cum componenda Chriá est, aut quævis alia Amplificatio, resecanda sunt inutilia, & adhibendus figurarum ornatus, ut exemplis mox ostendemus: ad quæ priusquam descendamus, pauca dicamus, de reliquis Chriæ capitibus

CAPVT V.

TRANSITIONES, AD CONNECTENDAS CHRIÆ PARTES.

SVbiungo iam communes quasdam Transitionum formulas, quibus singula Chriç capita comple... ur inter se. Scio, quod alibi monuimus, Transitiones huiusmodi, *vix sub artis præcepta cadere*, sed ab ips..., *quod tractatur*, argumento deduci *naturaliter*; non tamen sin · dicentis, aut scribentis solertia. Ne quid tamen hac etiam in re *desideres*, nonnullas attexam, quæ omni *fermè argumento* conuenire possint. Sumamus hanc sententiam, exempli gratia.

ARDVA EST AD VIRTVTEM VIA.

TRANSITIONES.

A Paraphrastico, ad Causam.

Quod huiusce rei causam ex me quæras, dicam, arduam idcircò, ac difficilem esse viam virtutis, quod, &c.

Rogas, vndenam hæc difficultas oriatur? An nescis, non aliam assignari causam posse, quàm quòd, &c.

Sciscitaris ex me causam hujus difficultatis? Accipe, Ideò mihi videtur in illa difficilis; quòd, &c.

Nec mirum est, virtutis iter, plenum esse laboris, ac molestiæ; Nam, &c.

Sed quid miramur, quòd via ad Virtutem ducens, tam incommoda, adeò impedita sit? Etenim, &c. Atque

Atque hæc hujus difficulatis mihi videtur esse ratio, quód cum natura procliues simus ad vitia, &c.

A Causa, ad Contrarium,

Facilis contrà, lubricaque ad vitium via est. At verò via, qua ferimur ad vitia, ita cômoda est, ut duce nequaquam sit opus.

Contrà verô, quid facilius quàm labi ad vitia? Quàm contra jucundum, & amęnum est vitiorum iter?

Nullum è contrario expeditius, & facilius ite est, quàm quod ad vitia, non ducit, sed præcipitat hominem.

Sed, ut abrupta, plenaque laboris, ad virtutem vita est; ita planissima, plenaque voluptatis est, qua rapimur ad vitium.

At, ô miserrimam conditionem nostram! quantùm molestiarum expetimur, cum ad virtutem tendimus, tantùm percipimus iucunditatis, ruentes ad vitia.

Atque vtinam, æquè saltem incommoda esset ad vitium, atque ad virtutem est via! Verùm nihil simile, nihil habere commune possunt, virtus, & vitium; cum labore ad illam, cum voluptate ad hoc contendimus.

A Contrario, ad Simile.

Quemadmodum enim, Ascensus difficilis esse solet, tantoque difficilior, quantó infirmiores sunt vires ascendentis, & asperior collis est. Ita, &c.

Non secus, ac autem; Haud aliter verò, quàm molestissima res, scientiarum rudimenta perdiscere; Sic, &c.

Et verô, quod in arte Architectonica vsuvenit, ut magnus sit in ædificando labor, istruendo verò nullus; Similiter, &c.

Vide quanta cura, quanta contentione Imago pingitur, quę momento lacerari, delerique potest; idem accidit &c.

Sic non sine ingenti labore, ac periculo, Adamantem é rupibus inaccessis, Aurum è è terræ, visceribus, Vniones è fundo maris eruuntur.

A Simili, ad Exemplum

Testes sunt Heroes illi omnes, qui vitam in ærumnis consumpsere, ut virtutem adipiscerentur.

Testes appello illos omnes, qui sanguinis pretio, Thesaurum illum sibi comparat

Testes estis; Vos appello, illustres viri, fœminæque; Te Appello Alexi, Te Carolomanne, qui vt virtutem, &c.

Experti sunt laborem virtutis, Magnns ille Athanasius, Chrysostomus, Basilius, alijq. innumeri, qui, &c.

Sensistis hunc laborem, Doctores inclyti, inuictissimi Martyres, celeberrimæ Virgines, Dum, &c.

Quid Exemplis opus est, ad id stabiliendum, quod dicimus? Quis enim nescit, intollerabiles ærumnas eos pertulisse, qui virtutis iter sequuti sunt.

Ab Exemplo. ad Testimonium.

Nec verò aliud significare voluit ipse Christus, cum diceret, angustam esse vitæ portam.

Idem sentiebat ille, qui dicere solebat Deos nobis omnia laboribus vendere.

Quid aliud innuere Pythagoras voluit, Virtutem dicens cum labore semper esse coniunctam?

Audite, quid in eandem sententiam Horatius scripserit. Nil sine magno vita labore dedit mortalibus.

Hoc ipsum declarare voluisti, Sophocles, cùm assereres, sine labore nihil homini bene vnquam succedere.

Sed quid plura disputo? Audiamus; quam præclarè Cicero, eandem hanc sententiam, suo testimonio comprobarit.

Epilogorum Formula.

Quæ cûm ita sint, quis iam eat inficias, arduam esse ad virtutem viam; rem esse plenam negotij, &c.

Quæ

Quæ cùm ita se habeant, neminem esse puto adeò stupidum, aut à ratione tam malè paratum, qui virtutis studium, &c.

Itaq; fateamur necesse est, nihil ab Scriptore illo verius dici potuisse, quàm cum asseruit, arduam esse, &c.

Et erit deinde, qui in dubium reuocare audeat, quod tot rationibus stabilitum est? videlicet, arduam, &c.

Imponamus orationi clausulam, assensumque præbeamus manifesto huic oraculo; virtutis studio, difficilius nihil esse, &c.

Sed tempus est, vt institutæ orationis expediamus exitum, iisdemque verbis, quibus initium dicendi sumpsimus, finem dicendi faciamus.

Hæ porrò Conclusionum, seu Epilogorũ formulæ vulgares sunt, & communes argumentis quibuslibet: At concinniores erunt, & aptiores, quæ ab ipsa Chriæ materia, seu ab ipsis, quod aiunt, Causæ visceribus ducẽtur: vt varijs exẽplis patebit pauló inferiùs.

CAPVT VI.

EXEMPLA CHRIARVM.

TRia Chriarum genera esse diximus; Aliæ in verbis, quæ *Verbales*; Aliæ in Actione aliqua, quæ *Actiua*; Aliæ partim in Verbis, partim in Actione sitæ sunt, quæ *Mista* vulgò dicuntur, Exemplum afferamus singularum; earumque, (primæ præsertim, ac secundæ) ita singula persequamur capita, vt quæ simpliciter primùm, ac rudi stylo delineata fuerint, eadem pauló ornatiore pertexamus. Sic nimirum faciliùs animaduerso, inter vtrumque scribendi modum discrimine, aduertes faciliùs, quid imitandum sit, & quid euitandum.

CHRIA VERBALIA,

IN HÆC REGIS SALOMONIS VERBA.

Stultorum infinitus est numerus.

Ab Encomio. Multa quidem sapienter dixit Salomon, sed nihil sapientius vnquam protulit, quàm cùm pronunciauit, Stultorum infinitum esse numerum.

Ita fermè Grammaticus; idipsum autem Rhetor sic eloquetur.

SAPIENTER quidem illustrissimus ille Rex, qui ob eximiam, ac diuinam qua mortales vniuersos præcelluit; laudem Sapientiæ, clarissimum Sapientis nomen adeptus est, & quasi proprium, sibi quodammodò totum vendicauit; Sapienter inquam, Salomon, dixit, scripsitque plurima, æternis laudũ prædicationibus extollenda: At nihil, mea quidem opinione, sapientius vnquam, nihil magis consentaneum rationi, ac veritati congruum prolocutus est, quàm cùm stoliditatem hominum, stultitiamque secum ipse reputans diuino incitatus spiritu, afflatusque cœlesti nomine *Stultorum numerum infinitum esse* pronunciauit.

Expende, quæso, quantùm duo illa Encomia inter se discrepent.

A Paragrapho. ITA est; omnes fermè homines desipiunt; Et nullus est locus, in quo stultos non inuenire liceat: Verè quippe insani sunt, ac dementes, qui vitium virtuti præferunt, & terram cœlo, Deumque rebus creatis anteponunt; Atqui infiniti sunt, qui hoc stultitiæ genere laborant; Ergo stultorum infinitus est numerus.

Nuda est hæc Expositio; sic autem ornamentis Rhetoricis vestienda, & comenda est,

a Allegoria. ITA est; *a* mortalium plerique cerebro laborant, eoque grauiori tenentur morbo dementiæ, quo sibi quisq. præ cæteris videtur

detur esse mente saniori. *b* Quo enim ibis, b *Interrogatio.* oro te, vbi non offendas insanos? Quem penetrabis orbis angulum, in quo non versentur amentes? Quæ illa regio adeò felix, & salubri cœli tēperie, in qua desipientes non inuenias? *c* Vrbes percurre; stolidis redundato; fora circunspice; fatuorum conuentu c *Distributio, & Enumeratio locorum omnium.* seruent: perlustra vicos, peruade compita, scatent confertissima turba delirantium: obi domos, subi tabernas, aulas, cubicula, con clauia: *d* Deus immortalis! quàm ingentem stultorum, ac stultarum numerum ibi deprehendens! quot intùs, & foris, domi, ac rure, d *Expolitio, seu Commotio.* in villis, & in oppidis, in publico, & in priuato, stolidos stolidasque cernes! quam innumerabilem omnis ætatis, & conditionis, malé capitatorum multitudinem, vbique reperies! Nempe eorum partem maximam, quos singulari studio, vides, suis studere cōmodis, captare delitias vitæ, rerum suarum diligentem gerere curam, susceptaque negotia cautissimis consilijs ad optatum finem perducere: illos inquam, *e* quos vulgus hominum, vt prudentes laudat, extollit ut e *Similiter eamdens.* prouidos, miratur ut acres, & ingeniosos, ut sagaces sapientissimosque deprædicat: hos, Rex ille sapientium, *f* longè imprudētissimos, inconsideratissimos, expertes sēsus, & iudicij, ac prorsus insanos, stultissimosque appellandos esse iure contendit. *g* f *Congeries verborum.* Quid? non appellabuntur insani, qui honestati turpitudinem, libidinem moderationi, g *Interrogatio, & Subiectio & Antithesis.* virtuti vitium, gloriæ dedecus, cęlo terram, caduca inaniaq. bona, veris, ac sempiternis anteponunt? quis non anteponit? Non desipere dicam, qui neglectis cœlestibus liquidissimisq beatæ vitæ gaudijs, obscœnas voluptates, quibus nulla capitalior pestis est, votis omnibus consectantur, & expetunt? quis non consectatur, & expetit? Non stultos vocem, qui momentanea delectatione, æternos sibi creant cruciatus? qui proculcata ratione, vitam addicentes intemperantiæ, volutantur in turpissimo cœno vitiorum: qui

h *Repetitio & cum Distributione.* curas omnes, ad id referunt, *h* ut gloriolæ fumos aucupentur, ut vanitati seruiant, ut obsequantur avaritiæ, ut luxuriæ sese mancipent, improbissimisq. cupiditatibus obsecundent? *i* quis hoc viuendi genus non sectatur: *l* quis in hoc dementiæ mari non nauigat: quis ad illos insaniæ scopulos non impingit, quis in his stultitiæ syrtibus, miserandum non facit iudicij mentisq. naufragium?

i *Interrogatio cũ Repetitione.*

l *Allegoria.*

Videsne discrimen vtriusque Paraphrasis.

A Causa CAVSA huius stultitiæ tam latè patentis, est, quia plerique, non rationem sequuntur ducem, sed cupiditates, quibus abripiuntur ad insanam illam viuendi rationem.

Hanc causam sic expone,

m *Allegoria per eiusdem rei Allegoriam.* NIMIRVM, *m* Nauigationis suæ ducem, paucissimi sequuntur rationem, quæ cùm deberet in puppi sedere, clauumque moderari, & vitæ cursum regere; exturbata per summum scelus, & contumeliam, in sentina vitiorum demersa iacet: in eiusque locum effrænata cupiditas irruens, tractat gubernaculum, remos affectionum agitat, expandit vela vitijs, & furentibus animi perturbationibus, fluctibusque incontinentiæ vesanos exponit: donec exhausti intemperantiæ voragine, aut abrepti æstu reciprocante insanarum libidinum, ad vnum omnes, in ima tartara deuoluantur.

A Contrario. CONTRA, Sapientium numerus oppidò exiguus est.

Hanc lineam ita dilatabis.

Allegoria eiusdem continuatio. APPARENT interea, tot inter insanientes naufragos, rari Sapientes, nantes in vastissimo procellosæ huius vitæ oceano. Vnus Vlisses numeratur, & vnus Orpheus, qui Sirenum ferali cantu non pelliciantur in fraudem, qui Circæis illecebris non deijciantur de statu mentis, qui Scyllas, & Charybdes, furentinm cupiditatum, incolumes præteruehantur, & felicitatis teneant portum. Hos enumerare qerfacilè cuiuis est, cùm perpauci sint: At stultorum, uis inire numerum valeat. SI-

SICVT inutiles lapilli, & plantæ nullius pretij innumerabiles. ita infiniti sunt Stulti, *A simili*

Ornatiùs sequentia præcedentibus hoc modo connectes.

CITIVS equidem fluctuum volumina, quos ciere tempestas solet, aut arborum folia, quæ frigus hyemale decutit, aut lapillos, quos in littoribus aluunt vndæ, quàm fatuos, quam deliros, quàm auersos a ratione dinumerem. Ita enim à natura malignè comparatum videmus, ut præclara quæque perrara sint, vilissima passim occurrant: Sic saxis ignobilibus, silicibus, loca omnia cernis obsita: Sic inhorrescunt vepribus, infelicibusque plantis opprimuntur agri. Sic noxiarum aut inutilium bestiolarum incredibilis vis est, malaque sunt innumera, & innumerabiles mali, adeóque infinitus Stultorum numerus.

EXEMPLVM dabit Noemus, qui inter infinitos amentes, solus Sapiens inuentus est. *Ab exẽplo.*

Hoc Exemplum sic explica, & sequens caput, cum superiore ita coniunge.

AT non nunc primùm infiniti esse cœpere malè sani: Ab rerum incunabulis, eorum numerus creuit in immensum: ita creuit, ut ex innumeris hominibus, orbe iam penè toto dissipatis, variosque terrarum tractus incolentibus, vnus dumtaxat inuentus fuerit Noemus, qui diuino suffragio, Sapientis laudem adeptus sit, quique extorrem terris Sapientiam exceperit in Nauim fatalem illam, diuino iussu á se fabricatam, & à communi illa eluuione, rerumque omnium naufragio saluam incolumemque seruarit.

DAVID Rex, & Propheta, Salomonis filij sui sententiam, sua confirmauit: cùm dixit, n Ne unum quidem inuentum esse qui saperet. *A testimonio veterum.*

Hoc testimonium, sic adibebis elegantiùs.

ID videras, Regum sanctissime, Salomonis sapientissimi multò Sapientior Parens: hauserat ille a te disciplinam illam cœlestẽ, diuinamque Philosophiam. Audierat te profectò,

n *Deus de Cælo prospexit vt videat si est intelligens, &c.*

nō est vsque ad vnum. *Psalm.13* fectò, cum perspecta mira paucitate sapientium, ad incredibilem delirantium numerū cogitationem conuertens, diuino mentis instinctu concitatus exclamares attonitus, ac stupens. Ne vnum quidem ex hominibus omnibus, ab rerum omnium inspectore Deo esse deprehensum, qui saperet, qui rectam virtutis viam sequeretur, qui vitam ageret homine dignam *Omnes declinauerunt*, inquiebas, *non est intelligens; non est vsque ad vnum.*

IGITVR, sapienter dixit Salomon, Stultorum infinitum esse numerum.

A b. eni Ep.loga. *Sed paulo concinnius sic perorabis.*

QVÆ si vera sunt, vt verissima esse nemo sanus eat inficias, Annon sapientissimè Salomonem asseruisse fatendum est, Stultorum hominum, tantam esse vbique gentium multitudinem, vt eos enumerare nemo possit.

CHRIA ACVTIVA.

S. FRANCISCVS, FACTIS CONCIONATVRVS NON VERBIS.

VRBEM TOTAM OBIT CVM SOCIO.

Singularum huius Chriæ partium proponam artificium, quò illud faciliùs imitere. Exordiamur ab Encomio, quod hac vna linea circumscribi potest. Silete omnes, Franciscus, se ad concionandum comparat. *Vis hac linea, paginam implere Terna illius partes diffundendæ sunt, Prima;* Silete omnes; *ab Enumeratione partium, eos compellando, quibus imperare potest silentium: Secunda,* Franciscus; *explicando, quid ille sit, per varias Definitiones, & Effectus Tertia,* Se comparat ad concionandum; *exponendo, ab Adiunctis, quid sit, se comparare. Vide iam tres ipsas Partes, hoc quo dixi, modo amplificatas, in hoc Exordio, quod idcircò trifariam diuido, adiectis his notis.* 1. 2. 3.

1. SILETE fori Reges, Oratores tacete linguis, obmutescite Rhetores, deprimite vocem Declamatores, tu quoque Eloquentia triumphatrix animorum b'a d ssima conticesce. Nouus ecce surgit Orator ad dicẽdum, cui non Curia Romana parem, non similem Lugdunense vidit Athæneum. Conuenite populi, huc remotissimæ nationes occurritæ, confluite ad andiendum omni regione gentes vniuersæ, *Ab Ejs. comio.*

2 FRANCISCVS ille Paupertatis assertor inclytus, generosus ille cõtemptor opũ, & inopiæ cultor opulentus, ille verus, & infractus Atlas, qui humeros collabanti orbi Christiano supposuit, qui nouo, & inusitato genere pugnæ, bellum indixit voluptati, qui tela in se vertens, secumque ipse pugnans, coniuratas Auerni copias conuertit in fugam, spoliansque se rebus omnibus spoliauit virtutis hostem, & abjciens caduca vanitatis arma, immortalem de mundo victoriam reportauit. 3. FRANCISCVS ille Orator extemporaneus è Duce factus inuictissimo, concionaturus prodire cellula, descendit in templum, scandit suggestum, orationem auspicatur; Erigite aures, adeste animis omnes, & attendite.

Sequitur Paraphrasis, seu potiùs Explicatio Actionis illius, quæ huius Chria argumentum est, quamque tribus his verbis complector. Franciscus vrbem obit. *Porrò hæc Actio, ab Adiunctis, & Consequentibus, amplificanda est, Adiuncta sunt, Francisci per vrbem incedentis Silentium, ac Modestia. Consequentia verò, ciuium Concursus ad illum videndum, ipsiusque virtutis Admiratio, ac Veneratio, varijs testata signis, vt ex his licebit aduertere, quæ Encomio superiori sic attexo.*

Imò verò intendite potiùs oculos, & aspicite. Vsus aurium nullus in hac Concione futurus est, *a* quippe quæ silentio fieri debet, non voce, factis non verbis, exemplo non sermone, votis, & orationibus, non rationibus, & argumentis. Quid expectaris? *b* Non ascendit Franciscus pulpitum, sed de- *A Paraphrastica. a Antitheta. b Similiter cadent.*

scendit in publicum; non sacram sumit ædē, sed totam obit orbem; neque manus mouet ad gestum, sed immotas ante pectus, modestissimeque tenet compositas; non circunducit oculos, sed demissos habet, ac fixos humi, non pedibus supplodit, sed tacito, æquabilique motu ingrediens, oppidi plateas, & vicos, incessu pleno dignitatis obambulat. Nihilo tamen minùs, ò rem inauditam, & incredibilem! etsi divinus hic Orator, verbum faciat nullum, neminemque vel alloquatur, vel aspiciat, susceptamque insistat viam, silens, ac sine strepitu; quasi eloquio tonaret, eiusque voce personarent ædificia omnia, effundunt se foras, omnium ætatum, & cōditionum viri, fœminæque; *c* prosiliunt è tabernis opifices, ex officinis institutores, magistratus è curia, é foro iudices, e tectis matronæ, ipsique etiam é lectis ægroti, turmatimque ad audiendum, (iterùm hic erro ad videndum, inquam, Franciscum conuolāt, *d* modestiam suspiciunt incedentis, submissionem ad Cęlos euehunt, squalorem habitus, lavdibus exornant, patientiam demirantur, vitæ sanctimoniam sine fine prædicant. Nec veró vobis solùm testantur conceptam animo reuerentiam; *e* Hi, sum misso corpore, venerationis ergò, honorem habent transeūti, procumbunt alij ad eius pedes, & impressa solo lambunt vestigia; Illi contingunt manu trepida, vestis detritæ fimbriam, ac furtim frustula præcidunt; Feriunt alij palmis pectus; Alij, oculos manusq; ad sydera protendunt lachrymantes, hi gaudio, illi dolore, commiseratione nonnulli. Sed quid hæc singillatius commemoro; Ad studium, acceduntur omnes veræ laudis, ac gloriæ, & torpentes situ, ac delitijs, ad salutarem Dei metum, æternæque vitæ cognitionem excitātur aspectu Francisci, speique pleni vota faciunt, sibique gratulantes applaudunt Sancto, & abeunti valedicunt, & valedicentes exclamant; O virum excellentem! ó incomparabilem, ò cœlo lapsum

c Distributio partium.

d Distributio virtutum.

e Distributio effectuum

Ora-

Oratorem! *f* qui sic tacendo loquitur, qui sine voce ita decnnt, qui sine vi nos ita mouet, qui sine minis ita teret, sic flectit sine precibus, ita sine stimulis incitat, sine impetu sic suæ spectatores virtutis in cœlum rapit. Interea totum peregit vrbis circulum vir sanctus, suamq; se refert in cellam; iamq; limen attigerat, cum ad illum couersus comes; Quo te, mi pater agis? inquit; vbi illa Concio, quam te in egressu habiturũ esse dixeras? Cui ille Concionem, inquit, peregimus, frater, atq; ex animi sententia, non voce quidem perorauimus, sed exemplo.

f Antitheas.

Causa iam subijcienda, vtilissima hujus, ac præstantissima Concionis, quòd scilicet, Exempla efficaciora sint ad persuadendũ, quám verba. *Hæc autẽ Causa, per expolitionẽ, ac cogeriẽ sententiarũ idem fermè significantium, dilatari ita potest.*

A Causa

O Concionem præclarissimam! ò tacitam simulque eloquentissimam orationem! Perorasti, Francisce, perorasti sanè feliciter vberrimumque ex oratione illa tua fructum collegisti: persuasisti, quod intenderas, *g* tantoque faciliùs, quantò ad persuadendum disertior Manus quám Lingua est; & ad expugnandos animos, telum potentius, machinaq; multó validior, Exempla sunt quã Præcepta; His videlicet illustratur humana mens, illis incenditur; hæc indicat, illa etiã incitant; hæc vocant, illa trahunt; hæc delictas, armatas; illa preces adhibẽt: hæc deniq; suadent illa persuadẽt. Quòd enim sepissime contingat, ut multi sint, qui ad honestatem vitæ impelli nequeant, vel indè fit, quòd virtutis, vitam difficiliorem putent, ac nimis arduum; vel, quòd eximiã illius speciẽ non satis habeant perspectam. Vis, ò qui oratoriã profiteris artẽ vis geminum illud amouere impedimentum? vis, arduam illam complanare viam, facillimamque reddere, ac tritam? præi exemplo, sponte sequentur alij; factis hortare priùs quám præceptionibus, conuinces mentes omnium; cœlestem virtutis formam, ne verbis depinge tantùm, vix enim

g Expolitio, seu Commoratio, seu Cogeries sententiarum.

enim auribus animus credit, sed eam moribus exprime, & velut sub aspectum pone, statimque spectantium oculos animosque rapies in amorem, & admirationem divinæ pulchritudinis, suauissimaque illius possidendæ flamma, corda succedens.

A Contrario nunc ostendendum, verbis non aquè inflecti homines, ac Exemplis, Inuehendo in Oratores illos, qui cum non faciant quæ dicunt, delectant quidem aliquando, at nunquam mouent. De cæteris, capitibus, nihil erit quod interijciam.

A Contratio. At vos, Oratores vanissimi, qui profluente verborum volubilitate, inanique circunductione sententiarum, affectatis artificiosæ orationis delitias; qui eloquenti lenocinio, & illecebrosa loquacitate, titillatis aures imperitas, aliudque nihil aucupamini præter auram popularem, & famæ rumusculos, amabo dicite; qui motus animorum, quæ conuersiones, quæ immutationes voluntatum, quæ præclara facinora, quæ virtutum miracula, præclaras illas, quas habuistis, Conciones, solent subsequi? Meditatas orationes, adamussim exactas, & ad vnguem politas affertis domo, inscenditis deinde pulpita, pronunciatis, inculcatis, vocem intenditis, obtunditis clamoribus aures, ingenti vociferatione templa completis; At quo fructu operæ? vobis enim exarde[s]centibus, Auditor friget; vobis perstrepentibus, oscitat; intonantibus, obdormiscit, ac tum demum mouetur, cùm postquam perorastis, abit, & soluta concione domum discedit, Quid ita? quia orationi vestræ, mores non consentiunt; quia, quod sermone statuitis, actione reuellitis; quia, quod suadetis argumento, præuaricante vita refutatis.

A simili Nempe, non opimatur terra tonitruis, sed aquis; non fulguribus lætificantur arua, sed imbribus; non sonanti grandine, sitientes rigantur agri, sed leniter stillante pluuia: Sic, non verborum strepitu, non fulguribus ingenij, sonantibusque sententijs, pronocantur Animi, ad fundendas virtutum fruges,

ges, sed factis egregijs, sed exemplis. Vide, quo Milites ardore irruant in hostem, quo furore irumpant in obsessam vrbē per reuersam mœnia, Censes, tympanorum sonitu, clangoribusque bucinarum, illos incendi ad pugnandum? hallucinaris: Putas, hostium conuitijs, commilitonum clamoribus, præfectorum cohortationibus inflammari? erras. Ipse est, ipse vnus imperator est, qui sublimis in equo exertum tenens manu gladium præit agmina, & manuum magis agitatione quàm linguæ, hortatur vt sequantur; quis enim Ducem non sequeretur præeuntem?

Ita est? Quis te non sequeretur præeuntem, Francisce, Maxime Dux Gandiæ, Beatissime Borgia, cujus, hæc dum exaro, felicem in cœlos ingressum, anniuersaria gratulatione concelebramus? quis te non sequeretur? Quis illustri adeó solicitatus exemplo sanctimoniæ, vestigia tua non premeret? Quis non imitaretur vitæ genus? Quis non incitaretur æmulatione tantæ virtutis? Concionabitur aliquando vir ille sanctus, extra vrbem, in planitie patentissima, ob incredibilem hominum turbam, è circuniectis oppidis confluentium; cumque, nec audiri posset à remotioribus, imó, nec intelligi quidē à proximis, quòd regionis linguam non calleret; fluebant tamen ab oculis omnium, magno cum pietatis sensu lachrymæ; nonnullique interrogati, quid lachrymarentur, quoniam quæ dicerentur, non intelligerent; Flemus, inquiebant, quia sanctum Dvcem concionantem intuemur. Flebant eadem sine dubio de causa Friburgenses, cum Petrum Canisium, clarissimum illud Germaniæ decus, ac propugnaculum, senio jam laboribusq; confectum, vix ut commouere se loco posset, obsecrabant tamen ut iniret pulpitum, aut si minùs valeret ipse conscendere, pateretur saltem se in suggestum euehi: patiebatur vir humanissimus, & obluctari non avius inferebatur in exedram; simulque, ac

Ab Exē plo.

Ribaden in eius vita.

ex edito loco, se conspiciendum præbuerat (nam voce, viribusq deficiebatur ad dicendum) commoti omnes, grauissimi hominis præsentia, & authoritate summæ virtutis, exẽplo lachrymis,ac suspirij,lavdibus,& acclamationibus,muto Oratori suo plaudebãt.

A Testimonio veterum, & Edilogo. Adeò verùm est, quod supra dicebamus, Leonis sanctissimi, maximiq Pontificis confirmatum oraculo, *Validiora esse,* inquientis, *Exempla, quàm verba; & plenius opere doceri, quàm voce:* Adeo nihil à S. Francisco fieri potuit sapientius, & ad persuadendum accommodatius quàm cùm Exemplo modestiæ, reliquarumque virtutum concionaturus, vrbem tacitus, adiuncto sibi comite, circuiuit.

Serm. de ieiun.

CHRIA MISTA.

DIOGENES, ACCENSA LANTERNA,

FREQVENTISSIMO FORO HOMINEM QVÆRIT.

Ab Encomio. Quid cum Lanterna illa tua quæris, Diogenes lepidissime, bipedum? Quid inuestigas Doliaris philosophe, sapientissime Nugator, illustrissime [illegible]orio? Quid indagas, Mendicorum nobilissime, cum accensa illa Lucerna, ipsa meridiei luce, medio in foro frequentissimæ ciuitatis? Age, responde. Tenebrio clarissime, quid inuestigas? Audite quid respondeat, ioculare caput HOMINEM QVÆRO, inquit. Hominem quæris? Tu, tot inter homines, inquiris hominem? Amplissimo in foro,innumerabili hominum vltrò citroque commeantium multitudine celeberrimo, hominem conquiris? Quid? oculisne, an mente orbatus es? Quos intueris, vmbrasnè hominum reris esse, non homines? Quos incursas, humeroque propel-

lis

lis obuios non homines credis ? Qui te salutant, teque percunctantur, quid quæras, hos non homines esse putas ?

Non putat, ita est profectô, eos non homines esse putat, in quos incurrit, id circò, clarissimo meridie, forum, vicos, domosq. lustrat accensa face; interque homines, quęrit ab hominibus hominem; non cujusmodi obuios se nobis vbiq. dant: non quales quotidie cernimus, vanos, vecordes, improuidos, inconsultos, vitijs deditos: sed prudentem, sed cordatum, sed temperantem, additumque virtutis studio quærit, ac sapientem. Quid enim autumas, tu, qui philosophi hujus ridiculi consilium explodis, & responsum ides. Quem amabo, hominum esse iudicas ? quem hoc illustri nomine dignum arbitraris. Eumnè, qui felicitatem turpissimis in rebus sitam existimans, nihil sibi expetendum putat, nisi quod corporeos sensus, inani aut obscœna delectatione permulcet: qui nihil cogitans, de honestate vitæ, & officio rationis, eò fertur amens, quò voluptas illicit, quò libido rapit, quó cupiditas incitat. Eum tu hominem appelles, qui curas omnes suas, ac cogitationes refert, atq. consumit, in coaceruandis per fas, & nefas opibus, auroque cumulandis arcis, ac proferendis lati fundiorum limitibus. Hominem nominare avdeas, qui in id vnum incumbit, ut omnes umbras falsæ gloriæ consectetur, ut luxu diffluat, otio torpeat, epulis indulgeat, gulæ abdominiq. seruiat, in omni voluptatum genere sese uoluter, & immergat. Egregiam verô speciem, dignitatemq. Hominis, quem summus omniū Opifex Deus, præposuit terrarum orbi, cujus imperio subiecit omnia, cujus cavsa, vniuersam condidit mundi morem ! Ille, ille Homo dicendus est, qui magnitudine consilij, tolerantia rerum humanarum, virtutibusque omnibus, ut mœnibus septus, spernit voluptates, refrænat libidines, coercet avaritiam, improbissimis dominis dedecori, ac turpitudini

A Paraphrasis *Quid nō sit homo* *Exclamatio itonica.* *Quid Homo.*

ni non paret. Ille homo eſt, quem effræna-tus non impellit amor, non adducit odium, non extollit audacia, iracundia non accẽdit, lætitia non effert, voluptas, & timor non frangit: qui nec moleſtia tabeſcit, nec mœrore conficitur, nec futili geſtiens alacritate deliqueſcit. Hic ille Homo eſt, quem Diogenes olim quæritabat, quemque ut faciliũ inueniret, lucernam accenderat.

A Causa. Hujus enim generis Homo, non eſt cuiui obuius; eo more qui viuat, perrarus eſt; accendenda idcircò tibi eſt Iudicij lampas mentis, non corporis ſolùm aperienda lumina, eum ut diſcernas ab alijs: Externã quippe oris humani ſpeciem omnes præſeferunt, at cupiditatis immoderatæ pluſquam Circæo poculo, in varias mutati belluas, Vulpium induunt alij fraudulentam indolem, Luporum alij voracitatem imitantur. Alij Equorum libidinem, Tygrium rabiem, tumorem Leonis, Serpentium virus, Aſellorũ ſtoliditatem, ac deſid am, levitatemq. Volucrum, Piſciumque ſtupiditatatem, ferinis moribus adæquant, ac ſæpè vincunt.

A Contrario Tales, ſi tu homines indagas, lucernam haud opus erit accendere, nec obire fora, compitaque neceſſe erit, vbiq. tibi obuiam contrà venient; hujuſmodi, ſine labore inuenies infinitos, vel occluſis luminibus. At ſi verum inquiris Hominem, ſi optas reperire ſapientem, ſume lucernam, accende lampadem, teque Diogeni comitem adiunge, omniaque perluſtra plateas, percurre vicos omnes, & domos, rimare viarum flexus, angiportus, & aditus.

A Simili. Mulieris inſtar, amiſſam quæritantis gẽmam, quam habebat unicam: Quos enim illa non euertit domus angulos quas non accendit faces? quos non perſcrutatur receſſus? neque enim contenta meridiano lumine, ipſo in ſole, lucernam admouet, Lapillumque vnum, innumerabiles inter lapillos, Vnionemque vnum, omnibus inueſtigat locis, incredibili diligentia, ſolicitudineque ſingulari.

Longe

Longé tamen, Tu maiori diligentia, Deus Optime, Maxime, *Scrutatus es*, non Ciuitatem unam tãtùm *Hierosolymam in lucernis*, sed quinque vrbes illas, non flagitijs minùs famosas, quàm claras incendio, quo deflagrarunt; vnumque ut inuenires in ijs Hominẽ, non Laternam modò unam, non Solarem tantùm adhibuisti lampadem, astrorumque omnium lucem, sed ipsos etiam inflammasti cum vrbibus vniuersos incolas; & vnum tãdem quem quærebas Lothum, tot inter horribiles hominum laruas, vix hominem nactus, ab illorum turpissimo auulsum complexu abstraxisti. *An Exẽplo. Soph. 112.*

Laternam, tu etiam, Regum sapientissime, eundem in finem, credo succenderas; cùm perlustrans animo, celeberrimis terræ plagis, oppidisque frequentissimis, exclamasti denique, millenis de viris, unum tandem aliquando te reperisse, mulierem verò, ne inuenisse quidem, vnam ex omnibus. *A Testimonio veterum. Eccl. 7. 29.*

Item jam, & Laternarium irridete Diogenem, quòd in confertissima hominũ turba hominem quærat. Sané Laterna illa sua, si minùs, quòd inuestigabat, inuenit: non mediocrem certè quidem sapientiæ laudem reperit maximamque sui Iudicij lucem, Laternæ suæ luce patefecit. *Epilogus*

CAPVT VII.

CHRIARVM

Argumenta Varia.

FActurum me putaui rẽ æquæ Præceptoribus gratam, ac Discipulis, si quædam hic Chriaru Argumenta subnectere, materiamq; rudem, & impolitam subministrarẽ, in qua, ipsi deinde Tyrones elaborarent per otium. Duodecim ergo delineo, quarum sex primæ Verbales, quatuor sequentes, Mistæ erunt duæ, quæ vltimæ Actiuæ.

I. CHRIA

I. CHRIA VERBALIS

FIET IN HANC SENTENTIAM.

Inuia Virtuti, nulla est via.

Ab encomio. Ovidius laudabitur, ab ingenij magnitudine; ejus tamen miserando vicem, quòd laude illa non sit usus ad virtutis studium cujus summam potentiam admiratus, exclamarat; *Inuia Virtutis nulla est via.*

A Paraphrastico. Setentiæ hujus sensus est; nihil esse adeò difficile, quod homo virtute præditus præstare non possit. Difficultates hic singillatim recensendæ sunt, quæ Virtuti opponi possunt: cujusmodi sunt, labores, ærumnæ, iacturæ bonorum, ac nominis, morbi, mors denique, & ostendendum, eas omnes difficultates egregiè à Virtute vinci, adeoque feliciter, ut quó labores grauiores sunt, eò maiorem colligat gloriæ segetem, & uberiorem materiam laudum.

A Causa. Cur nulla est via tam difficilis, quæ sit Virtuti inuia? Cur nullus labor est tantus quem superare Virtus non possit? Causa duplex esse potest. 1. Quia virtutis vires infinitæ sunt. 2. Quia cùm Virtus, laboribus exciterur, acuatur, perficiatur, & splendescat inde fit, ut quod jam dicebam, quò maiores se difficultates objiciant, hoc clarior Virtus elucescat.

A Cōtrario. Contrarium est, quòd Vitium debile, ignauum, iners, infirmumque sit, & vel minimo labore, homo virtute destitutus frangatur.

A Simili. Quemadmodum Fulmini nihil cocurrit, quod obsistat: ut Soli nullæ opponi nubes possunt, quas non dissipet: sicut Torrens repagulis obiectis intumescens, obuia quæq; proruit. Sicut inclusus Ignis erumpat necesse est, nullæque superimponi possunt tantæ molæ, quas non euertat; ita Virtus, &c.

Ab Exē. Quàm difficile, Dauidi fuit adhuc puerulo

& inermi. Leones, Visos manibus captos
angulare, ac dilaniare in frastra? dilania-
. Gigantem armatum singulari certamine
cere, ac prosternere? vicit, prostrauit in-
fecit. Quàm laboriosum Iosepho fuit fra-
m inuidiam, & crudelitatem, seruitutem
umniam, vincula ferre, ac superare? tulit
iter, felicitorque superauit. *Similis*
mplorum Inductio fieri hoc loco poterit in eun-
n modum.

Ovidio. Q. Curtius ijsdem fere verbis *A Test.*
icinuit, *Nihil esse*, inquiens, *[tam arduum, veter.*
Virtus non possit eniti.

Concludetur breui Epilogo, quo nos ip- *Ab Epi-*
s excitabimus ad Virtutis cultum, cum *logo.*
hil ea sit potentius.

. CHRIA VERBALIS.

Etiam sine Magistro vitia discuntur.

-audandus Seneca, quod inter Scriptores *Ab Enco-*
nicos, Magistri virtutum nomine, potiori *mio.*
vindicare sibi posse videatur; maximè
dixit, *Etiam sine Magistro addisci vitia.*

xplicabitur illa sententia, ostendendo,
is non esse, scholas frequentare vitioso- *A Para-*
hominum, libros legere pestilentes, *phrastico.*
ceptores audire improbos, ut discamus
ia, &c.

avsa, cur sine labore, studioque, Vitia
untur est, naturæ nostræ prauitas, & in- *A Causa*
ita uobis ad malum propensio.

itio contraria Virtus est: ut hanc addis-
us, quot Magistrorum, & librorum ope- *A Con-*
equiritur! quot præceptis, quot moni- *trario.*
quot lectionibus egemus! quantùm stu-
& laboris ponendum est, ut vel primis
elementis, multorum spatio annorum
uamur!

imilitudo ab Agricultura petetur: ut
noxia gramina, inutilesque plantæ
pro-

progerminent, nulla cultoris industria opi est, spontaneas profundit inculta tellus, sp nas, & carduos, &c. Sic, vt Vitia, &c.

Ab Exẽplo. Exemplo esse possunt Adolescentes il omnes, qui cùm honesta in familia, prob nati, educatique sint parentibus, vitam v tijs inquinatã agũt: vix enim singulare Exẽ plum huic argumento satis idoneũ reperia

Ab Testimonio. Eandem sententiam expressit his verbi S. Hieronymus. *Procliuis est*, inquit, *malo imitatio.* Expressiùs adhuc Devs ipse: *Sensu & cogitatio humani cordis, in malum prona sun ab adolescentia sua.* *Epist. 7. Genes 7.*

Ab Epilogo. Ex his inferemus, sapienter dixisse Sene cam, sine Magistro Vitia addisci; sapientiu que nos factuos, si dediscamus ea, quæ i per nos ipsi didicimus, & quæ fortè etian alios docuimus, doctiores, heu! quàm de ceret, ad malum Magistri.

III. CHRIA VERBALIS

Rara est Concordia Formæ, atque Pudicitiæ.

Ab Encomio. Lavdabitur á facultate Poetica, qua em nuit Iuuenalis, hujus auctor sententiæ.

A Paraphrasteo. Ostendetur, vix inter corporis formã ele gantem, & Pudicitiam benè conuenire vn quam posse: hoc est, rarò contingere, ut qu pulchritudine præstant, castitate ornati sint

Tribus constat membris hæc Sententia. 1 *Forma*, quæ describenda est, per varias defi nitiones, quas pag. 165. inuenies congloba tas. 2 *Pudicitia*, quã similiter describere pe definitiones poteris, appellando illam Re ginam virtutum, animi Decus, &c. Consu le, quæ pag. 126. de Castitate diximus, & quæ 164. in virtutis lavdem, 3. *Non concordant*, quod verbum per Congeriem Senten tiarum licebit exponere. Quid est non con cordare, non conuenire, non con entire? Est, sensu, verbis factisque discrepare, altercari assiduè, iurgari, exercere inimicitias, perni ciem

m sibi moliri mutuam, &c. Hæc omnia stare solent Pulchritudo, & Pudicitia. Cur inter Formam, & Pudorem, vix vnam bene conuertit? Cur rara est earum concordia? Cur ita diffident? Quia Forma gans, videri vult, Pudicitia latere amat: a vana, & superba est; Hæc modestia: Il- delitijs gaudet, voluptatibus pascitur; ec contrà pœnis laboribusque delectatur: a expetitur, amatur, ambitur, oppugna- t; Hæc nequaquam, &c. *A Causa*

Contrà; non est admodum difficile, ut m Deformitate Pudor consentiat *A contrario.*

Pudor, Thesaurus est; seruari vix potest, loco ornatissimo, patenti, ac splendido: dicitia, Regina est inter hostes delitescēs; fulgenti, regioque decoretur habitu, non fugiet manus, non eludet oculos quærentium Vt lateat, ut elabatur, oportet plebe. e cultu deformet. *A simili*

Viderunt, quàm verum esset, Raram esse concordiam Formæ, atque Pudicitiæ, qui placere oris elegantiam, ne castitatem in scrimen adducerent; qui ut essent pudici, mosi essent noluerunt. Id nouerat Evemia virgo, quæ cultello vultum fœdauit n uno vulnere; Hoc Brigitta; hoc Andriyna Virgines, quæ precibus formam perdere, ut ne pudorem perderent: Hoc Vvilfortis, quæ ob eandem causam obtinuit à o, suas ut barba genas, ac mentum deparet. *Ab exemplo.*

Ouidius, idem quod Iuuenalis plane sen- idemque penè dixit, hoc carmine. *A Testimonio.*

Lis est cum Forma, magna Pudicitia.

pilogus commodè fieri poterit, breui cotatione ad Adolescentes; sic fermè. Cùm tur tam rara sit Fortunæ, ac Pudicitiæ ncordia. Date operam, Adolescentes, ut i estis formosa facie, mente sitis formores; qui non estis ore venusto, sitis venuores animo: vtrumque, vtrique consequeni, si Pudicitiam colatis. *Ab Epilogo.*

IV.

IV. CHRIA VERBALI

Facilis deſcenſus Auerni.

Virg. 6. Æneid. *Sed reuocare gradum ſuperaſque euade... auras.*

Hoc opus, hic labor eſt.

Perſtringendæ breuiter Virgili landes,q

Ab Encomio. bus Poetarum Principis nomen meritò a ptus eſt.

Sententia hæc, duabus contrarijs conſ

A Paraphraſtico partibus, prior ſolùm hic explicanda e (nam poſterior exponetur *à Contrario*) hun que habet ſenſum. Facile eſt ruere in omi genus vitiorum, criminibus addicere vitan inquinare ſe flagitijs, contaminare corp animumque ſceleribus, facile eſt.

Locus hic, *à Contrario*, ante locum *à Cauſ*

A Contrario. tractari in hac Chria debet, quòd ſcilic Sententiæ propoſitæ pars poſterior fit prio contraria. *Sed reuocare gradum, ſuperaſq. &*

Cauſa cur ſit facile peccare, eſt 1. ipſa h

A cauſa manæ mentis peruerſitas, & innata procl uitas ad malum. 2. Quia ineſt vitijs omnib illecebra quædam voluptatis, qua bland pellicimur ad peccandum. 3. Quia facill mum eſt deſcendere, ſeque agere præcip tem ex edito loco in infimum. At verò a cendere, præſertim per abrupta, & lubric *Hoc opus, hic labor eſt*

Innumere adduci poſſunt ſimilitudine

A ſimi Quemadmodum enim facile eſt demoli ædificia, lacerare veſtem, vaſtare agros, in cere ignem tectis, bona dilapidare, exiſt mationem amittere, &c. Difficillimum co tra, amiſſa recuperare, iniecto igni ſpati ac modum ſtatuere, &c. Ita facile eſt lab in peccatum, &c.

Procliue fuit Dauidi, a ſolio virtutis, ſeme

Ab exemplo. deſcendere, aut potiùs præcipitare ſe in te tinam turpitudinis; at quantum laboris ſu beundum illi fuit, ut emergeret! quot la chry-

hrymis eluendæ fuerunt contractæ sordes!
ronum fuit Sophiæ Avgustæ colum, ac fu-
m Narseti mittere per summam contume-
am; at vix ducentorum annorum spatio re-
xi potuit tela imperio fatalis, quam Nar-
s neuerat.

Hanc peccandi facilitatem, & Virgilia- *A Testi-*
m illam sententiam, verbis alijs expressit *monio*
eneca. *Serpunt vitia,* inquit, *& contactu no-*
ent, & in proximum quemque transiliunt. At
es, quæ leui contactu, imô, & afflatu
ontrahitur, quàm difficilé depellitur!

Aptus erit Epilogus, inferre ex ijs quæ *Ab Epi-*
icta sunt, Peccatum esse omni contentio- *logo.*
e fugiendum; cum labi adeo sic facile; re-
urgere contrá ita laboriosum.

V. CHRIA VERBALIS.

Principes nunquam soli peccant.

Famianus Strada, qui hanc protulit sen- *Ab Enco*
tentiam, vir Eloquentiæ lavde clarus, Re- *mio.*
ligione vitæ clarior, Historicus nostrorum
temporum eximius, laudandus obiter.

Perspicua hæc est sententia. *Principes nun-* *A Para*
quam soli peccant,, per suas partes, sic expo- *phrastico*
nenda. 1. *Principes,* qui scilicet rerump. gu-
bernacula moderantur, qui summa cum
auctoritate præsunt, &c. *Si quando peccant,*
si quid admittant contra ius, & naturæ le-
ges, si quod flagitium, &c. 3. *Non sunt soli*;
hoc est, multos sceleris socios habent, &c.

Cavsa, cur non soli peccant Principes est;
Quia cùm auctoritate summa polleant, ma- *A Causa*
ximaque potentia, assentatores habent in-
numeros, qui ut eorum gratiam sibi deme-
reantur, obsequuntur nefarijs illorum cupi-
ditatibus, ipsorumque vitia maioribus ex-
primunt. 2. Quia, Principium facta, leges
videntur esse populorum, neque enim pœ-
nas timere possunt, imò lavdem se putant

consequi, si suorum imitentur, ac sequantur exempla Principum.

A Contrario Contrarium prorsus usu venit, cùm Principes, ex virtutis disciplina, vitam traducunt. Illorum enim exempla, in vtramque

A simili partem valent maximè.

Principum auctoritate, tanquam fundamento innituntur respublicæ; ruente fundamento, totum necesse est ædificium corruat. Sclopi breuiores, minimum; Bombardę ingentes maximam edunt hominum stragem. Ducum in bello, & in mari Nauarchorum peccata, exitium non vni, sed infinitis afferunt.

Ab Exẽplo. Exemplis si opus esset, dicerem Neronis temulentiam, ad imitationem tantùm valuisse, ut Roma, ex vrbe in popinas abijsse videretur: Libidinem, Heliogabalo libidinante, sic creuisse, ut ne Philosophi quidem, turpissimis voluptatibus intacti essent: Seuitiam, Commodo gladiatorẽ agente, in mores hominum ita manauisse, ut ipsę fœminę

A Testimonio. 2. Stilic. gladiatorio cultu, & verò etiam audacia, in arenam procederent. Audi Claudianum, inculcantem.

Ab Epilogo. *Scilicet, in vulgus manant Exempla Regentũ:*
Vtq Ducum lituos, sic mores, Castra sequuntur.

Communi, Chria hæc claudetur Epilogo.

VI. CHRIA VERBALIS.

Voluptas Esca, malorum est.

A Laudatiuo. Plautus, auctor hujus sententio, laudabitur ob ingenium admirabile, præsertim in moribus hominum venustè describendis, vitijsque scitè carpendis stylo suo comico, quo tametsi conditione vilissima (nam versandæ molæ asinariæ, addictnm fuisse fuerunt) immortale sibi fecit nomen apud

A Paraphrastico posteros.

Explicabitur illa Sententia, similitudine ipsa.

ipsa, quam continet: ut enim hamo pisces, sic voluptate inescantur, & capiuntur homines, & ad omne vitiorum genus pertrahuntur. Quære á singulis, cur peccatis se polluant, cur sceleribus scelera cumulent; Respondebunt, se voluptate allici. Dic impure, dic temulente, cur tantis flagitijs maculatis animum? Dubitas, quin se, vel inuitos pertrahi, voluptate respondeant?

Quæris cavsam, cur voluptate, ad mala homines alliciantur? Quæro ego vicissim ex te cavsam, cur hamo pisces capiantur? Quia inquis escam, non vncum ferreum vident pisces: Idem quoque respondeo; quia homines, voluptatis solúm, non doloris secuturi sensum aduertunt. Non considerant cum peccant innumera, æternaq. mala, quæ momentanea, leuissimaq. voluptas inuehit. *A Causa*

Labor contrá, si minus Esca bonorum dici potest, quòd nihil delectationes objiciat sensibus. Origo certé dici debet bonorum omnium, nam ex labore vera virtus, ex virtute æternus honor, ex honore immensum gavdium, fęlicitasq. sempiterna profluit. *A Cōtrario.*

Quanquam similitudinem habeat sententia ipsa suam; poterit tamē similitudinis subire vicem, quod de Sirenibus fabulantur Poetę, quę ad maris oram consistentes tanquam piscatrices, suavitate cantus, pellectos, sopitosque nautas, ac vectores, quasi pisces retibus irretiebant, ac deuorabant. *A simili*

Nonne Siren fravdulenta fuit illa muliercula, quę Sansonem omniū mortalium fortissimum blanditijs inescatum illexit in sinum, sopitumque vinxit, totondit, prodidit, perdidit? *Ab Exēplo.*

Plavti sensum, totidem verbis assecutus est Cicero, *a* idemque verbis alijs, *b* alio loco elegantissimé significat. *Imitatrix*, inquit, *est boni Voluptas, malorum Mater omnium; cujus blanditijs corrumpuntur, quæ natura bona sunt.* Et alibi. *c Multa nobis blandimenta Natura ipsa genuit, quibus sopita virtus conniueret*, &c. *A Testimonio*

a *de Senect.*
b *lib. 1. de lect.*
c Pro *M Cælio.*

Quoties igitur, sensibus vestris Adoles- *Ab Ep.*

 Ab Ep. ...

centes, aliqua se voluptas offeret, hamum considerate esca obtectum, &c.

I. CHRIA MISTA.

Omnia mea mecum porto.

A Laudativo. Cic. Parad. I. Lavdabitur Bias à sapientia, qua sic excelluit, ut inter septem Græciæ sapientes fuerit numeratus. Is, cũ patriā ejus Prienem cepisset hostis, cæterique ita fugerent, ut multa de suis rebus secum asportarent: admonitus á quodam ut idē ipse faceret; Ego verò, inquit, facio; Nam *Omnia mea mecum porto.* Quid sapientius dici potuit?

A Paraphrastico Demonstrandum est, quàm sapienter Bias responderit, quamque sit verum, nulla esse alia hominis bona, præter Virtutem. [hoc enim ipsum Bias intelligebat, cùm diceret. *Omnia mea mecum porto.*) Id autem fiet Enumeratione bonorum omnium quæ possidere homo potest; qualia sunt. 1. Fortunæ bona, opes, honores, fama, nobilitas. Bona corporis sanitas, robur, pulchritudo. Hujusmodi bona omnia, dici non debent, bona hominis; sed sola virtus. Quid ita? mox subijcio causa.

A causa Cavsa, cur sola virtus sit bonum hominis, est. 1. Quia sola virtus bonum Hominem, perfectumque efficit. 2. Quia virtutem qui possidet, Thesavrum infinitum possidet, nulla que re alia eget. Quia virtus ita nostrum est bonum, ut sicut donq dari non potuit, ita nec ulla vi eripi nobis queat. 4. Quia sola virtus reddere nos beatos potest, æternumque felices.

A contrario Contrà veró, Naturæ, ac Fortunæ bona omnia, adeò non bonos nos reddunt, ut sæpissimé pessimos, ac sceleratos efficiant. 2. Boni nomen non merentur, quia probis sæpé denegantur, & tribuuntur improbis. 3. Quia sine lavde, imò plerumque maximo cum dedecore possidentur. 4. Quia auferri nobis

possunt

possunt, & in morte semper auferuntur. 5. Quia etsi affluamus ijs bonis omnibus, si vna caruerimus virtute miserrimi, in hac vita sumus, multoque miseriores in altera.

Qui hujusmodi bonis gloriatur, idem facit, ac Cornix illa Æsopica, quæ pennis decora alienis, circunspiciebat se tumens, ac superba; At spoliata ornatu non suo, sibilis, ac rostris aliarum volucrum exposita est. *A simili*

Iob, bonis orbatus omninò omnibus, diue tameu, ac beatus erat, doloribus obrutus, & in fimo jacens, quia virtutem adhuc retinebat, quam Dæmon eripere illi, vnà cum cæteris bonis non potuerat. Vidit certé, & suis aspexit oculis, patientissimus ille virorum, vnum hominis bonum Virtutē esse, idemque, quod Bias ille, eius inopiā mirantibus dicere potuit. Adhuc, *Omnia mea mecum porto.* *Ab Exēplo.*

Idcircó diuinè Seneca; *Vnum hominis bonū,* inquit, *Virtus est*. Et Plautus, lepidissimum illud caput; *Omnia ei adsunt bona, penès quem est Virtus.* *A Testimonio*

Epilogus de more fiet.

II. CHRIA MISTA.

Concordia parua res crescunt; Discordia, maxima dilabuntur.

Lavdandus Micipsa Numidarum Rex, à prudentia; cujus virtutis regium specimen, ac documentum dedit filijs suis moriens, illos ad virtutem, concordiamque his verbis, adhortans: Regnum vobis trado firmum, inquit, si boni eritis; sin mali, imbecillum; nam *Concordia parua res crescunt; discordia, maxima dilabuntur.* *A Laudatiue.* *Apud Salust*

Hujus sententiæ, duæ sunt partes, inter se contrariæ, & seorsim deinceps explicandæ. Prima hæc est Concordia, voluntatum consensione, coniunctione virium, nihil esse *A Paraphrastice*

 tam

tam paruum; quod non evadat amplissimū; nihil tam humile, quod non assurgat in immensum; nihil tam debile, tamque contemptum, quod, &c.

A contrario. Altera sententiæ pars, primæ illi opposita sensum hunc habet; Discordia, dissensione, iurgijs, distractione voluntatum, ac virium, familias clarissimas extingui, respublicas florentissimas interire, imperia firmissima labefactari, penitusque concidere.

A causa Causa in promptu est; quia quò virtus magis vnita est, eò fortior est, faciliusq; resistit fortunæ, ac maleuolorum iniurijs. Cùm autem disiuncta est, ac segregata, existit imbecillior, adeoque nullo fere labore frangitur.

A simili Quandiu propugnaculi saxa firmiter inter se coherent, tandiù est inexpugnabile. At simul, ac parietes facere labem incipiunt, &c. 2. Vt coniunctæ guttæ, in riuos fluminaque coeunt, separatæ modico tempore siccantur. 3 Vt conglobati puluisculi assurgunt in excelsos montes, dispersi verò cedunt ventorum ludibris. 4. Vt lapis è Scyro insula, inquit Plinius fluctuat integer, comminutus autem subsidit; sic res Discordia passum eunt, Concordia sustinentur.

Lib. 16. cap. 17.

Ab Exēplo. Exemplum dabit insigne Romanum Imperium: quandiu enim in illa rep. concordia viguit, stetit illud floruitque, at ubi discordia Pompei, & Cæsaris, in factiones distractum est, breui euersum est.

A Testimonio. Idem cum timeret familiæ suæ Scilurus ille Scyta, octoginta filiorum pater, omnes accersens, paulò ante mortem, fasciculum iaculorum, singulis frangendum porrexit: at illi, cùm id ne tentare quidem voluissent, quòd viderent id esse supra vires omnium; sapiens pater, singula educens, ac rumpens, facilé fregit uniuersa; addens, idem ipsis euenturum, ni concordes coniunctique viuerent.

Plut. in Apophr.

Ab Epilogo. Epilogus, animorum coniunctionem subdebit.

III.

III. CHRIA MISTA.

Amici, Diem perdidi.

Titus Imperatoris, is, qui ob humanitatē planè divinam, Amor, & Delitiæ generis humani cognominatus est, si quem diem egisset, non insignitum aliquo in homines beneficio, jacturam illius diei dolens, dicere solebat, ad amicos conuersus, & ingeniscens, *Amici diem perdidi.* Quo laudum genere non digna est, tam amabilis indoles? *Ab] Encomio.*

Exponenda illa Sententia; cujus hic verus, ac legitimus sensus est, Amissum illum á nobis diem, quantumvis magna negotiorum turba implicati fuerimus, quo die nullum contulerimus in homines beneficium Quisquis es, igitur, qui nemini benefaciēdo, dies, menses, atque etiam forté annos transigis, exclama, si sensum non amisisti, *Amici diem perdidi*: Noli dicere, te perdidisse diē, quod non sis factus, eo die, ditior, &c. Non perdidisti, si bené de aliquo meruisti. *A Paraphrastico*

Hujus rei causa est; quód nullus Homini æquiparandus thesaurus est, cū nihil sit Homine pretiosius: Hominem lucrari, sibi deuincire, plus est, quám Gazas omnes Persicas collegisse, &c. *A Causa*

Ille contra, diem non perdidit, sed quàm optimè collocauit, qui collocauit apud aliquem beneficium, etsi bona forté amiserit, etsi honoris fecerit jacturam, &c. ne dicat, *Diem perdidi*; illa enim dies, immortalis erit, nulla obscurabitur nocte, &c. *A Contrario.*

Vt Alexander, tam inde à puero Magnus, dedignabatur, cum vulgo hominum Olympicum decurrere stadium, operam se perdidisse ratus, nisi palmam de Regibus tulisset cursu; sic quivis homo, nisi Hominem beneficijs, vixerit, ac deuinxerit, nihil magnum, nihil animo suo dignum se fecisse putet. *A Simili.*

Ea tibi, haud dubiè, tum obuersabatur cogitatio, Cyre, cùm plus ex pecuniis in me- *Ab Exemplo.*

tes effundendis, quàm ex coaceruandis, capperes voluptatis. Ea res, Constantine, & Carole Magne, faciebat, vt doctrina, & pietate claros homines, augeretis honoribus, beneficijs ornaretis.

A Testimonio. Norat Socrates, quàm quæstuosa sit negotiatio hujusmodi, qui cùm Æschines, pauper auditor, nihil se diceret habere, quod mercedis loco daret præter se ipsũ, & rogaret, vt hoc qualecunque munus dignaretur accipere; Tu verò, inquit Ille, me præclaro, nisi te fortè paruo æstimas, munere affecisti.

Ab Epilogo. Itaque demus operam, nullum ut finamus abire diem, quem non ornemus illustri aliquo, nostræ in alios benignitatis, & beneficentiæ monumento.

IV. CHRIA MISTA.

Plaudite.

Ab Encomio. Lavdandus Cæsar Avgustus, Romanorum Imperatorum felicissimus, ac sapiẽtissimus, cuius morientis illa vox est. Circunstantibus enim lectum amicis. Ecquid videor, inquit, satis bene personam egisse meam? cùm illi optimè, respondissent; Ergo, inquit Cæsar, Plaudite: quò dicto, si parium obduxit, & expirauit.

A Paraphrastico Sensus illius vocis est; nemini mortalium plaudendum esse ante mortem, contra quã fit ab assentatoribus, qui officiorum tempora peruertentes, viuos plausibus obtundunt, quos deinde mortuos onerat conuiciis.

A Causa Cur non nisi in morte, aut post mortem plaudendum? Quia vita hæc, Fabula est, in qua, suam quisque personam sustinet, alij Regum, alij mancipiorum, &c. Vt quisque ex artis legibus, hoc est, ex rectæ rationis præscripto, persoam egerit suam, plausum refert: Contrà, qui non pro dignitate mu-

nus

mus suum obierit, talemque non se exhibuerit Actorem, qualem imposita sibi persona postulabat, æternum dedecus subibit; At nec isti vituperium, & ignominiam, nec illi laudem, ac plausum ferre debent, nisi in morte; Quia mors est vitæ absolutio; nihil autem nisi absolutum, perfectumque, laudem meretur.

Inconsultissime agunt, qui plavdunt ante mortem; stultissimè qui nondum debitam lavdis mercedem exigunt, captantque gloriam viuentes adhuc, & applavdentes sibi ipsis, alijs etiam dicunt, *Plaudite*. *A Contrario.*

Nec enim in fabula, plavditur priùs, quã ad Epilogum, & Catastrophem perducta fuerit. Non imponitur corona victori, nisi post emensum stadium, confectumque cursum; Non conceditur triumphus, nisi peracta pugna, &c. *A Simili.*

Quid agitis, Romani? Quid Tiberio Augusti filio, ac successori, intempestiuè plavditis? Digna quidem plavsu gerit, dicitque plurima. At expectate, nondũ est plaudendi tempus: expectate, dum vitæ claudat scenam. Tandiù non est expectandum; aliam ecce personam induit, exuta omni humanitate: non agit jam Imperatorem, & Patriæ Patrem, sed immanem Tyrannum, crudelissimumque Carnificem Iamné Plavdetis morienti? Audebitne Tiberius in morte, dicere, ut Augustus, *Plaudite*. *Ab Exemplo.*

Quàm sapienter dictum! ò præclarũ Poetæ carmen, aut potiùs oraculum! *A Testimonio*

——— *Dicique beatus,*

Ante obitum nemo, supremaq; funera debet. *Ouid.*

Sic laudabiliter viuamus, ut ante obitum, haud ex vano dicere possimus. *Plaudite.* *Ab Epilogo.*

Quatuor illis Mistis; duas adiungamus Chrias Actiuas.

I. CHRIA ACTIVA.

Lingua nihil peius.

Ab Encomio. Æsopus, pulcherrimum illud in turpissi-
mo corpore ingenium, laudem meretur
quòd, iussus optimos quosque cibos appa-
rare, ad conuiuium, nulla nisi linguarum fer-
cula in mensam intulit: Iussus iterùm, ex
pessimis quibusq; cibis, adornare epulū; lin-
guas iterū in missus multiplices ministraui-

A Paraphrastico Breuiter exponetur, quid sapiens ille fa-
bulator significare voluerit, illo ciborum
apparatu: Nihil aliud certé, nisi quòd, vt lin-
gua nihil melius, cum rectè loquimur; ita
cùm malé, nihil peius, & perniciosius est.

A Causa Cur lingua nihil peius est? (nam nihil esse
melius probabitur in sequente Chria.) Quia
infinita damna parit; quod enumeratione
A contrario facilé ostendi poterit.
Silentio contra nihil melius est: *a* nam
a *Dio Prusaeus* multi fuerunt in admiratione, propter silen-
tium. Et, *b Stultus quoque si tacuerit, sapiens re-*
b *Prouer* *putabitur*.
17. 18 Lingua ensis est; quot strages, quot cędes
edit, &c. Flamma est; quot incendia miscet?
Iaculum est; eminùs ferit, animumq. ipsum
perimit. Est Serpens: virus vbique suum
spargit &c.

Ab Exēplo. Serpentis tartarei lingua, & primæ om-
nium Parentis lingua, perniciem extremam
crearunt humano generi.

A Test. Quo circa dixit vir sapientissimus, *c mul-
tos quidem interijsse gladio, at multò plu-*
c *Ecl.* 28 *res, linguæ intemperantia perijsse;* Et S. Ia-
31. *Cap.* 3 cobus, linguam omni fera sæuiorem, nulla
domari humana industria posse.

Ab Epilogo. Lingua igitur coerceamus, si mala, quæ
affert, extimescimus.

II. CHRIA

II. CHRIA ACTIVA.

Lingua nihil melius.

Pittacus Mitylenus, vnus de septem Græciæ sapientibus laudabitur, quòd rogatus partem victimæ proferre optimam, pessimamque, Linguam exsecuit, ac porrexit. Et Bias quoque, alter ex eodem numero sapientum, rogatus ab Amasi Ægyptiorum Rege, exploraturo ejus sapientiam, sibi ut ex Ove, quam ad illum consultò miserat, partem optimam, pessimamque remitteret, vnam remisit Bias linguam. *A Laudatiuo.*

Voluit vterque videlicet demonstrare, Linguam, corporis humani membrum esse, vtilissimum iuxta, acperniciosissimum, prout quisque illa rectè, an secus vtitur. *A Paraphrasiuo*

Cur lingua, nihil in homine melius? (nam jam suprà probatum est, nihil esse peius.) Quia innumera bona nobis affert, quod eorum Enumeratio ne declarandum erit. Quid enim lingua non efficit? Docet, hortatur, laudat, vituperat, jubet, &c. *A causa*

Silentium contrá, magna sæpissimè detrimenta parit, quæ recenseri hoc loco poterunt. *A Contrario.*

Virginis Sanctissimè, Christianorum omnium optimæ, ac maximæ Parentis Lingua, Verbum Divinum, in ejus castissimo sinu produxit, dum Angelo Dei legato, assensum præbuit. *Ab Exemplum.*

Non ergo sine causa dixit Salomon Rex, *A Vena vitæ, os iusti*. Et, *e Lingua sapientum est sanitas*. *A Test. d Prou. 10. 11 e c. 12. 18.*

Vel benè loquendum, vel omnino tacendum esse, docebit Epilogus; ex hac communi sententia. *Ab Epilogo.*

Aut dic aliquid melius silentio, aut sile.

DE SENTENTIA.

NON multùm nobis facesset negotij, Progymnasma hoc; propterea quod, omnia prorsus quæ in superiori dicta sunt, ad istud referenda sint.

CAPVT I.

QVID SENTENTIA SIT, ET QVOTVPLEX.

QVid est Sententia?

R. Est oratio, dictum quodpiam, quod ad hortandum, dehortandum-vé pertinet, breuiter explicans.

Quomodo differt Sententia, à Chria,

R. Nihil omnino differt; nisi quòd Chria non dictum modò, sed etiam factum aliquando commemorat; Sententia verò, dictum duntaxat explicat.

Quotuplex est Sententia?

R. Multiplex. Alia dicitur Exortans, alia Dehortans, & alia Enuncians. Item; alia Simplex, alia Cōposita. Rursùs diuiditur in Veram, Probabilem, & Superlatam.

Quid est Sententia Exhortans?

R. Ea est, quæ ad aliquid hortatur, & incitat.

a Cato. Vt. *a Amicum dilige, qui te, non tua diligat.*

Quid est Sententia dehortans?

R. Illa, quæ ab aliquo malo nos auocat. Vt.

b Cic. de Senect. *b In voluptatis regno, non potest virtus consistere.*

Quid est Sententia Enuncians?

R. Quæ rei cujuspiam naturā nobis aperit.

c Prou. 29.15. Vt. *c Virga atque correptio tribuit Sapientiam.*

Quid est Sententia Simplex?

d Plot. R. Quæ unum, simplicemq. habet sensū. Vt. *d Soli boni sunt felices.*

Quid est Sententia Composita?

R. Quæ non vnum tantùm sensū continet.

Vt.

Vt. e *Fortuna fortes metuit, ignauos premit.* e *Sene.*

Quid est Sententia Probabilis?

R. Quæ rem non quidem certissima, sed probabilem, ac verisimillimam enunciat. Vt f *Maior est mulieris quàm viri malitia.* f *Arist. 9 de hist anim.*

Quid est Sententia vera?

R. Quæ rem affirmat semper veram. Vt. g *Facile est vincere non repugnantem.* Et *Malè parta, malè dilabuntur.* g *Cic.*

Quid est Sententia Superlata?

R. Quę rem videtur augere supra veritatẽ Vt. h *Ingrato homine, terra nihil creat peius.* h *Auson apud Lipsi inSen*

Quibus capitibus tractatur Sententia?

R. Iisdem plené, quibus Chria: videlicet, ab Encomio, Expositione, Causa Contrario, Similitudine, seu Parabola, Exemplo, Testimonio veterum, & Epilogo.

Sed jam Exemplum Sententię ab omnibus his locis pertractatæ, accipe.

CAPVT II.

SENTENTIÆ.

EXEMPLVM.

Adolescens, iuxta viam suam ambulans, etiam cùm senuerit, non recedat ab ea.

Adeste animis, Adolescentes, attentasq. præbete avres, Regum sapientissimo Doctorumq. omnium Regi, quem nihil eorum latuit, quæ sciri ab homine possunt, quã penitissimos naturæ recessus, artiumq. arcana omnium, adytaque secretissima scientiarum, ingenij persuasit acie, animoq. complexus est: cujus in avgustissima mente velut in sacrario, visa est posuisse Sapientia domicilium: cujus ab ore, sua ipse Devs fudit oracula, leges edixit, consilia explicauit mysteria prolongauit. Avdite, quibus vos ille verbis avocet á vitijs, ad virtutem impellat, *Ab Encomio*

pellat,

pellat, cohertetur ad vitæ decus, & ac omnem officij rationem pelliciat. *Adolescens*, inquit, *iuxta viam suam ambulans, etiam cum senuerit non recedet ab ea.* Quasi vos ita commoneret, ac diceret

A Paraphrastico Videte, Adolescentes lectissimi, quam à primo ætatis exordio, agendi rationem teneatis, quã ab ineũte pueritia ordiamini vitæ telam, quæ puris paratisque ad sationem mentibus semina mandetis, quibus colorum initijs, puras animorum tabulas imbuatis, ad quas artes appellatis cogitationẽ; quod arripiatis viuendi genus, quam studiorum ineatis viam: Etenim, quam quisque à teneris capessiuerit vitæ rationẽ, eam ad exactũ vsque senium retinebit, nec vlla prorsus arte, nullaque vi, ab instituto cursu reuocari se patietur. Considerate, inquam, etiam atque etiam, quó vestra inclinet indoles: quam in partem, corrupta vitijs natura propendeat: quò vos abripeat feruor ætatis, & æstus impotentis animi, turpissimusque cupiditatum dominatus: si enim vitiorum lue, semel infeceritis animos, sordibusq. fœdissimarum voluptatum violaueritis innocentiam mentis, manabit pestis ad ætatem vsq. postremam: contagione serpet malum exitiabile, ad senectutem ultimam, nec vllam morbo pestilenti, curationem dies afferet, sed ingrauescentibus annis, magis, ac magis ingrauescens, æternum vobis pariet dolorem, nominiq. vestro labem inuret ignominiæ sempiternam.

Si contra, á puero, indixeritis voluptati bellum, si cohibueritis rationis fræno libidinem, nihilque vobis expetendum putaueritis, nisi quod sit cum laude, & cum dignitate coniunctum, crescet accessu annorum, *A Contrario.* honestatis amor: obfirmabitur mentis vigor, robore virium. nec consenescet, virtus, senescente vita: sed quô languidior vis erit emarcescentis corporis: eô generosior efflorescet animus, maturosq. tum maximé suauissimosque fructus, ætate jam matura profundet. Nem-

Nempe, usus, & consuetudinis maxima vis est in omnem partem, ut quædam quasi necessitas inducatur, laudabiliter, aut infeliciter conficiendi vitæ cursum, quem ab ipsis vitæ carceribus inchoauimus.

Flectitur nimirùm, eadem facilitate tener animus, qua molle corpus: dumqe adhuc certus est, qua suis figuras inducit. At si intercessit temporis, mollitiem amittat illam, ductilemq, indolem, & quasi lapidescere cœperit: indutam, ad finem vsque vitę, formam conseruat. Cernite ut metalla cùm feruore soluta fluunt, in quoslibet vultus cōflantur: vbi veró refrixerint, ut continuó immutabiliter obdurescunt. Aspicite, ut arbores, in quacunque partem flectuntur facilè, cùm teneræ sunt, ut contra induratæ annis, nulla dirigi industria queunt, sed abnormes, ac tortuosæ perseuerant. En, ut globus, quem validè impactus, torquet per planitiem malleus, à linea nunquam deflectit, donec impressa vis sensim elangueat, & impetus emoriatur. Videte, ut per decliuia montis, saxum é cacumine auulsum, ac ruēs, quó longiùs á sommo prouoluitur, eó violentiùs rapitur, nec usquam nisi in ima valle conquiescit. Sic, qui per hujus vitæ prærupta, lubricaque prolabi cœperit in præcipitia vitiorum, consistere nulla ratione valebit, donec in profundissimum miseriæ barathrum, lamentabili casu deuoluantur. *A simili*

Testis est purpuratus ille Carnifex, coronatum illud à fortuna Monstrum, capitalissimus ille bonorum Hostis, illa ex omni vitiorum genere coagulata Bellua, Portentum illud naturæ, ex immanitate concretum, Herodes ille, tyrannorum crudelissimus testis est; qui assuetus à cunabulis, innocentissimorum hominum fundere cruorem, non modò non discessit à ferino more, cōfectus jam senio, sed in ipsa etiam morte, atq. adeo, quantū in ipso fuit, eundē vltra fata retinuit *Ab Exēplo.*

Nec verò, id mirum cujquam videri debet: quod enim scriptum reliquit eximius Eccle- *A Testimonio*

i De Inst pu r. Ep 7 Ecclesiæ doctor Hieronymus. i *difficulter tr ditur, quod rudes anni perbiberunt*; & quod ai

l. Sen 1. de ira c. 2 bar iile alius. *l facile teneros adhuc animos con ponere; difficulter reciduntur vitia, quæ nobiscu creuerunt*. Denique, *m Ætas prima, post tinct ram vo uptatis, ægrè alium co orem bibit.* Illu

m Fam. Str de Bell Bel. n Horat l. b. 1. Ep 2. enim Poetæ n tritum prætereo.

Quo semel est imbuta recens seruabit odore Testa diu

Imbuite igitur, Adolescentes, recente animos suauissimo virtutum liquore, optim rumque artium pretiosis odoribus, illos, diu æternumq seruetis: Rectæ rationis in te viam, dum vobis est integrum: Sic enin susceptum insistens iter, nunquam deflecte tis ab honesti calle; Et, ad quam concitat cursu, acri; vegetaque contendit ætas, Se nectus fortunata metam continget.



PROGYMN. IX.

DE ETHOPOEIA, ET THESI.

DVO Aphthonij Progymnasmata in vn contrahimus, quod de vtroque par ca dicenda sint.

CAPVT I.

DE ETHOPOEIA.

ETHOPOEIA *figura est Rhetorica*, & *quidem vna de pulcherrimis*; *de qua iterô, suo loco, idest Progymnasmate.*

2. de

de Figuris, dicturus fuissem, nisi ei proprium Aphthonius Progymnasima tribuisset. Eam idem Auctor, contra communem omnium oratorum Sententiam, cum Prosopopœia confundit, & Exemplū quod affert de Niobe, quam post interfectos filios loquentem facit, mera Prosopopœia est: At nos utramque distinguimus, & Ethopœiam quidem, (nam de Prosopopœia fusè alibi) sic definimus:

ETHOPOPOEIA est quædam expressio morum personæ alicujus: quæ fit, dum ejus actiones studia, propensiones, & agendi ratio exhibētur oculis. CHARACTERISMVS item dicitur, cùm personam ita effingit, ut non corporis modò lineamenta, sed animi quoque indolem, quasi ponit sub aspectum.

EXEMPLVM I.

ETHOPOPOEIÆ.

Puer piger.

Hic ille Puer est, quem ab literario Iudo prodeuntem aspicis: Hic ille inquam est, quem hic delineo: cujus vultum mihi exprimendum, habitumque sumerem, ipsius si Pigritiæ immago ad viuum reddenda, suisq. depingenda coloribus esset. Et verò. Nonné ex ejus ore, atque incessu, pigerrimum esse nebulonem intelligis? An non impexus capillus, vestis sordida, galerus puluere fœdatus, pallium ab dextro humero indecoré fluens, humumque vertens, meram desidiā clamitat? Nunquid, vel in libris ipsis, quos sub axilla gestat, ipsius legis negligentiam? Suam se domum recepit, adiungamus nos ei comites, & tardo, inertique passu gradientem, cogitatione sequamur. Quid facturum putas, vbi limen attigerit, nisi quod semper alias? Ab ipso statim vestibuli aditu, seruum inclamans: Heus, tenebrio, inquit adesdum: Etiamne restitas cessator? Exorna me hac intolerabili sarcina librorum, quos Dæmon malus

malus, in malam rem euehat, ita mihi qu
tidie pariunt vberrimam messem mali. In
cubiculum ingressus, in lectum se proijc
anhelans, partem quietis capturus aliquai
dum vocetur ad cœnam. Vocatus adest il
cò, strenumque, hoc duntaxat loco, se pr
stat. Exemptis epulis, oscitare, obdormisc
re incipit, & toto capite annuere, temp
jam aduenisse eundi cubitum. Itaque abi
obesum, & adipale corpus plumeo resup
nat toro, ad multam lucem stertens placid
somnum porrò producturus ad meridiem,
permitteretur. Ac ecce, ancilla obstrepit a
fores: adest abiurgator, qui torpentem ex
citet, & solemne illud occinat.

Nempe hoc assiduè? jam clarum manè fenestra
Intrat, & angustas ostendit lumine rimas.

Nec tu tamen, Aselle, expergisceris: videri
mihi, vel cùm Gliribus certare posse. Hic
beatulus noster, aperire oculos, caput attol
lere, explicare brachia, & huc illucque se
versare. Et quæ hora est? inquit, vix dum il
luxit: meis certè oculis adhuc multa nox est
Quid multis? Dum scalpit caput, dum diste
dit neruis, dum oscitat, feriatque oculos, to
ta habit hora Demum emergit lecto, indeq
recta perreptat ad focum, & a foco, cibariū
ad armarium: tum verò in academiam se
confert, testudineum mouens gradum, &
ambages viarum quæritans, obuiasque opi
ficum tabernas stolidè contemplans, mora
que nectens alias ex alijs. Denique accedit
ad scolas, quo fermé tempore, solent alij
scholis abscendere.

EXEMPLVM II.

ETHOPOPOEIA.

Puella Vana.

Nobilis est, ac diues hæc Puella, ampla fa
miliæ spes, & hæres vnica, quo meliore
forma fulgens, hoc fastu vaniore turgens. At

Ecce

Ecce illam; commodum ab rheda illa inavrata prodit. Imago ad speculum ficta; Officina delitiarum, Exemplar levitatis absolutũ. Cernis, ut tumet, vanitatis Simulacrum, ut se circunspicit superba, ut se venditiũt arrogans, ut collum erigit; gressumque frangit, oculósque torquet circunquaque, non tam vt videat, quàm ut videatur. Viden ut purpuream trahit cum ostentatione lasciuię, defluentem luxuria cycladem, avro, gẽmisq. radiatam, ut detracto molliter crispo bombycino, à leuissimo vertice, protendit, iactatque ceruiculam, ut capillos ambitiosiùs comptos, concinnatosque velut incidarim, hinc inde sparsos explicat; leuissimæq. ventorum agitatione permittit, quasi captans ab aura gloriam. En, ut niueæ splendent armillis manus, ut aures micant inavribus aureis, ut collum gemmeo torq; rutilat, ut crebro coma scintillat adamante. Ah! oculos quæso, abducamus ab ejus ore cerussato, minato, stigmatico, ut ne nimirùm violetur, aspectu prùm verecundo modestia. Et alio auocemus avres, amabo illam adit alloquiturque e grege mundulorum, nescio quis, totus e capsula, ex pictura totus, vere omni bona sua secum portans, Bene habet. Colloquium abrupit interueniens à parẽte seruulus. Abscedit barbatulus ille comptulus, & rhedam Nympha subit iterum, properataq; ad ædes maternas. Iamque carrucæ strepitu, excita mater, ad fenestram accurrit; filia visa, deuolat ad fores, & ruens in amplexum; Vbi tandiu, inquit, à me fuisti, meę vitæ corculum, mei cordis animula, mea voluptas, & suavium; At illa, non diu me desiderasti, mater, vix momento uno, foris sũ morata, Atqui annum mihi videbaris abfuisse: ascende mecum, mea lux, in avlam, sed placidé, ne quid tibi, festinando, parias incommodi· hic sede, meum mel, tuamq. mirare formam in hoc speculo, nam digna es profectò, quam Venus ipsa demiretur; cui vel Gratiæ inuideant: His dictis, colliquescit

cit puella gaudio, sibique lenocinante ri gratulans adblandiesque, matri, grates ag repetito osculo.

CAPVT II.

DE THESI.

SI quæ Aphtonius habet de Thesi, pertracta vellem, ea quâ Chriam, diligentia; esset mi hoc loco disserendum de ipsa Oratione, quæ perfecti Oratoris opus est; Exemplum enim quod habet, A ducenda sit vxor, *absoluta orationis argumentum est: Atqui non est nostri instituti de Oratione hi agere, sed de præcipuis ejus partibus, ut ex singula rum efformatione, discant sensim Tyrones, Oratio nem integram pertexere: Dicamus ergò hic de Thes pauca, & perspicua, & quod caput est, apposit ad eorum captum in quorum gratiam hæc elucubra mus. Ac quæramus primùm.*

Quid est Thesis?

R. Est rei alicuis inuestigandæ per oratio nem consideratio, vel disquisitio, quam C cero *Propositum*, & *Consultationem* vocat.

Quotuplex est Thesis?

R. Duplex. Alia *Ciuilis*, cujus finis est Acti ut, An bellum sit gerendum. Alia *Speculati ua*, cujus finis est sola cognitio. Vt, An So sit maior terra.

Quid differt Thesis ab Hypothesi?

R. Quód Thesis sit propositio generalis seu infinita; Hypothesis veró sit particularis & finita, id est, circunscripta adiuncto quo dam, vel personæ, vel loci, vel tempori, &c. v.g. Quæstio hæc, *An Pigri sint plectendi*, Thesis est; quia est vniuersalis, & infinita quæ stio. At si quæratur, *An Petrus qui piger est plectendus sit*. Vel; *An sit mulctandus, publico in loco*. Vel; *An hodie, an verò cras, merita pœna sit efficiendus*. Hujusmodi quæstiones omnes finitæ sunt, & proprio nomine dicunt Hypotheses.

Quis

Quis est vsus Theseos, seu propositionis finitæ?

R. Maximus: quia orationes quæ latissimè vagantur, sunt ornatiores; Et quæ de vniuerso genere dicuntur, valent ad judicium ferendum de singulis; Et quæ de vniuerso genere probantur, de parte etiam probari necesse est. Exempli causa. Si sermonem sim habiturus de Diligentiæ lavdibus excutam laudem Virtutis, si viruperaturus Pigritiam, vitij generatim sumpti turpitudinem describam: Quod enim de Virtute dixero, id de Diligentia, & quod de Vitio, id de Pigritia dici quoq. poterit: Quia Pigritia est pars vitij, & Diligentia pars seu species virtutis.

Itaque quoties tibi erit, de re quapiam, instituenda oratio, optimum erit, quæstionem illam particularem, & finitam, quæ dicitur Hypothesis traducere ad generalem, & infinitam, quæ Thesis appellatur, ut demonstrabit hoc Exemplum.

EXEMPLVM.

THESIS.

Gratior est Puerorum Institutio, quam Adolescentium.

Hypothesis est hac Propositio, quia finita est, & ad certas personas contracta. Vt autem ejus probatio sit ornatior, illā reuocabo ad hanc Thesim. Quia animalia omnia delectant cum parua adhuc sunt, displicent autem, cum grandescunt. *Postquàm hanc Thesin tractauero, ad Hypothesin, hoc est ad ipsos Pueros, illam contrahabam, & efficiam rationes, cur magis tenera illa ætas arrideat quàm prouectior. Ac nunc incipiamus à Propositione, quam hac vna periodo, sic circumscribo.*

Voluptas, qua ducimur omnes; cùm honesta est, quæ dulce condimentum est laboris, sinceraque virtutis illecebra, nec minùs animorum quàm sensuum suauissima deprædatrix, longè purior, ac limpidior, ab pueritiæ Informationis fonte dimanat, quàm quæ *Propositio*

fluit,

fluit, si tamen vlla fluit, ab seueriori In[...]tione Adolescentium.

Ad Thesin reuocatur. Quid ita? Quia ea ferme natura est ear[um] rerum quæ vitam habent, caduntq. sub oc[u]los, ut nos eatenus miro quodam oblec[ta]mento demulceant, quatenùs intra suæ[...] Iut infantiæ limites continentur, propiusq[ue] absunt ab ortu; incipiant verò tum displi[ce]re, cum natu prouectiores grandescunt, ta[n]toque magis displicere, quantò reced[unt] longiùs à vitæ cunis, acceduntque magis [...] sensum.

Thesis probatur ab inductione. Id; vel in ipsis intueri licet brutis anima[n]tibus, quas aiimus domi. Nam, exempli ca[u]sa, Catello, quid Blandius?, seu, dum secu[m] ipse solus in areæ palestra lusitat, aut Fel[i] contribuli suæ, á tergo insidias struens, e[x] improuiso facit impetum, rixasque beneuo[l]as mouet, bellumque gerit bellulum, siue cùm venienti Heræ, saltuatim adblandiens, modò vestis admordens tenero dente limbum, modò latratu quærulo subiratus immurmurans, candula pedes verberat, ac nūc assultat resultatque, agitque, se, versatque circùm, quasi castrum obsidione cingeret, donec Hera, Catuli blandimento victa, deditionem faciens, gremio lassum suscipit, facitque sui per otium suauiandæ copiam. Et Felicula quid festiuius? quàm oculos jucundè pascit reficitque! ut hilaritatem aspergit intuentibus, dum se nunc torquet in sublime, nunc toto strata corpore, humi se in in parrectum deijcit, ac modò se cogat in cochleam nunc euolvit se in anguillam, modò costulas fornicans, arcuasque in cameli gibbum, momento residente dorso, explicat exertitque se, ac velut in sagittam vibrat. Iam Agnellos, Hœdillos, Vitellos, Porcellos [pudet nominare] imó Pullos, dicamne? dicam, sed præfabor honorem, ipsos inquam Pullos Asininos, ceteramque turbam Catulorum, pullorumve, quid memorem? Quàm pulchelli, quàm venusti, quam politi sunt, donec sunt pulli!

Verum

Verum enim verò, adoleuitne ille Catu-
lus? Excessitne primos annos Felicula illa?
eruexnè, Agnellus ille factus est? & Hœ-
dus ille, Caper? blandusque Porcellus, im-
munda Sus? Et ille Pullus, euasitne abso-
lutus, & ex omni parte perfectus Asinus?
oh! quantum fœditatis, & cœni! quan-
tum spurcitiei, ac turpitudinis! quantum
quam, horroris afferunt mole grandiores,
qui olim pumiliones ita placuerant! Nimi-
rum, abit cùm primoribus annis, læta illa
getaque naturæ indoles; marcescit viui-
dus ille flosculus, innatusque genij vigor;
languet illa vitæ flamma, & obsolescit
e formæ nitor, & illud omne, quodcum-
que est, quod sic alias arridebat oculis, an-
nis venientibus euanescit.


At quorsùm hæc de belluinis Pullis dis-
tatio pertinet? ut inferam videlicet, mirū
videre nemini debere, quod vberrimam
unditatis liquidissimæ segetem Præce-
ptores à Pueris colligant, quos excollendos
cepere, plenaque hauriant defœcatissimæ
itiæ dolia; cùm ex contrario, ab Adoles-
libus quos erudiūt, perpaucas oblectamini
ulas vix eliciāt, multorū spatio annorū,
ásq. oppidò voluptatis spicas extorqueás.
nest siquidem, ut usu probamus, in est
c ætatulæ, mellei dulcoris vix maxima,
orumque delicatorum numerus ingens,
lerumque tam grata copia, & risuū amę-
ates ita festiuę, odorque ingenuitatis in-
entissimę, quem toto ore continenter ex-
ant, vsque adeo suaveolens, ut non pos-
illos non ferre in oculis, & in delitijs
habere, qui liberalibus eos disciplinis
iunt. Quod enim, uti modò disputabā,
cæteris Naturæ brutis adumbrauit, ut
mvis fœdiora finxerit, nonnihil tamen
perferit venustatis, quo se nobis commē-
t dum pusilla sunt; idipsum, ut decuit, in
ris expressit longè solertiùs venustos ef-
nans ad gratiam, elegantulos ad decorē,
lelitias mundulos, ad amœnitatem can-
di-

Thesis reducitur ad Hypothesin.

Hypothesis probatur.

Distributio.

didulos, ad amorem comptulos ore, capill crispos, cute molles, oculis hilares, risu n ctareos, moribus sacchareos totosq. ex m raciori suavitate conditos, totosque ex am biliori liberalitate concretos: At non alia certè ob rationem, ut non temerè suspic quàm ut his quasi ornamentorum bland mentis alliceretur erudita Magistri manu quæ arte præceptisque perficeret, quod sa felici adeò successu. Natura, in suis P sionibus inchoasset.



PROGYMNASMA X

DE LOC

COMMVNI,

DESTRVCTIONE, ET CONFIRMATION LAVDE, ET VITVPERIO.



ELIQVA Aphthonij Progy nasmata, in vnum conse tum quód minoris sint n menti, & raro in vsu, qnòd ex priorum tracta ne, facile cuivis erit inte gere, qua ratione, quæ persunt, tractanda sunt, modo præcepta neat ab eodem Auctore tradita, quæ id eò id explicanda esse duxi, quàm clarissi potero.

CA

CAPVT I.

DE LOCO COMMVNI.

QVid est Locus communis?

R. Est oratio, lavdes alicujus aut vitia exagerans.

Cur dicitur *Communis* ?

R. Quod communiter ijs omnibus attribui possit, qui ejusdem laudis, aut vitij particeps cum illo sunt, quem laudamus, aut vituperamus. v. g. si Dionysium insector ob Tyrannidem; quæcumque dicam de Tyrannide ea in omnes pariter Tyrannos cadent.

Quodnam est Exordium loci communis ?

R. Nullum habet Exordium, nisi exercitationis causa; propterea quòd Locus cōmunis nihil aliud est, quam grauis quædā Amplificatio, ad Perorationem propriè pertinēs

Quibus capitibus tractatur ?

R. Sex istis.

Contrario,	*Sententia,*
Expositione	*Digressione coniecturali,*
Comparatione	*Exclusione misericordiæ.*

Et illa capita, sex alijs sequentibus terminantur.

Legitimo,	*Facili,*
Iusto,	*Honesto.*
Vtili,	*Euenturo.*

Vt hæc intelligas, aduerte oculos in Exēplum quod sequitur, tametsi rudi penicillo delineatum; neque enim absolutiori, post tot alia, opus esse arbitror.

EXEMPLVM LOCI COMMVNIS.

SEDITIOSVS.

Fingendum, est, te, Seditiosum hominem accusare, & exagitare apud Iudices; præmissoque breui prooemio, cujuscunque mo-

N di

di libuerit; quasi multa alia jam dixeris de illius facinoribus, & perorandi tempus sit, Seditionis crimen sic exagerabis.

A Contrario; Ostendendo, quale quantumque sit bonum; Pax, & Concordia, quæ anteá vigebat, & vigeret etiam nunc magno omnium bono, nisi nefarius hic. suis seditionibus illam violasset, &c.

Ab Expositione. Exponet, non ad docendũ, (rem enim jam notam esse ponimus) sed ad concitãdam maiorem in reum inuidiam, quo pacto rebus nouis studens sceleratus, seditionum procellas excitarit in republica, suis coitionibus, ac dolis, multos primùm pellexerit in fraudem; & ad suas partes pertraxerit, &c.

A Comparatione. Comparabis hoc ejus crimen, cum alijs; v.g. cum aliorem libidine, aut temulentia; ostendesque graviorem ab illo quam ab alijs omnibus perniciem inferri reipublicæ.

A Sententia, hoc est, *à Consilio, & Mente*; quo scilicet consilio, qua mente turbas mouerit; quid sperarit; quid animo intenderit: voluit videlicet, *inquies*, leges rescindere, iura peruertere, occupare summũ locũ, &c.

A Digressione conjecturali. Digrediendum erit, & excurrendum in antè actam ejus vitam, & ex hoc vno crimine coniectura capienda de cæteris. Non nunc primùm, *inquies*, cœpit moliri exitium patriæ; ab ipsa infantia, sese exercuit in omni flagitiorum genere, &c.

Ab exclusione misericordiæ. Tantum illud dices esse crimen, ut sine maiori crimine condonari nequeat, nullum veniæ relictum esse locum, misericordiam ei non esse tribuẽdã.

QVÆ postquam dixeris, impellendi erũt Iudices ad sententiam aduersùs illum ferẽdam, ostendendo his capitibus.

A Legitimo; Nihil esse legibus magis congruum, quám ut, &c.

A Iusto. Iustum id esse, ut pœnam ipse ferat, quam omnibus impositurus fuisset, &c.

Ab

Ab Vtili; Id saluti reipublicæ conducere.

A Facili; Nullo negotio, ejus furorem posse comprimi, &c.

Ab honesto; Nihil rationi conuenientius esse, quàm debitas exigere ab illo pœnas, &c.

Ab Euentuo. Ex ejus supplicio, euentura ciuibus bona omnia; Remp. reuocatum iri in statum felicitatis pristinæ, &c.

Hic obseruandum, quod de Seditioso diximus, idem de quovis alio facinoroso homine intelligendum esse; & quæ contra vitium, eadem illa capita valere omnia, si qua virtus esset ornanda; singula in contrarium sensum accipiendo. Verùm Locus hic Communis, adhiberi tantùm solet, ad insectationem vitiorum.

CAPVT II.

DE DESTRVCTIONE, ET CONFIRMATIONE.

Q. Vid est Destructio?

R. Destructio, seu Subuersio, est propositæ alicujus rei Reprehensio.

Quænā destruenda, seu subuertenda sunt?

R. Ea, quæ neq; prorsus manifesta, neq; incredibilia sunt, sed quæ dubia, & obscura.

Qua arte fit ista Destructio?

R. Primò, Reprehendendi, qui illius rei, quam infirmare, ac labefactare volumus, sunt auctores; dicendo illos nullius esse nominis, vel fides parum probatæ, vel in illa re, qua de agitur, non bene versatos, &c. Deinde ipsamet res subruenda, his capitibus, quasi totidem arietibus.

Obscura,	*Difficili,*	*Indecoro,*
Incredibili,	*Repugnante,*	*Inutili,*

Hoc est, probandum erit, Rem illam, 1. *Obscuro*, & incerto capite manasse in vulgus. 2. *Incredibile* id esse, fidemque superare omnē, &c. 3. *Difficile*, admodum esse, potuisse fieri. 4. *Repugnare* illud naturæ. 5. *Decoro* pari-

ter, ac rationi. 6. *Inutile*, denique futurum fuiſſe, &c.

CONFIRMATIO, ſeu Aſſeueratio, quid eſt?

R. Eſt propoſitæ rei Comprobatio; ſed illa res, ut de Deſtructione modò diximus, nec incredibilis, nec penitùs perſpecta eſſe debet.

Qua ratione, & quibus capitibus Confirmanda res eſt?

R. Eadem ratione, totidemque capitibus, quibus deſtruenda; ſed contrariis, omninoque oppoſitis? Videlicet, à

Manifeſto, *Facili*, *Decente*,
Probabili, *Conuenienti*, *Vtili*.

Vide Baron. Ann. ad ann: Chr. 119. Exemplum vtriuſque præclarum eſſe poſſet, vetus illa quorundam opinio, ſeu potiùs fabula, De Traiani Imperatoris anima; Sancti Gregorij magni precibus, ab inferorum pœnis liberata, & in cœlum recepta.

CAPVT VLTIMVM

DE LAVDE, ET VITVPERATIONE.

QVid eſt Laus.

R. Eſt Oratio, bona alicujus enumerās.

Quibus rebus Laus tribui poteſt?

R. Excepto peccato, nihil eſt in hac rerum vniuerſitate, cui non poſſit Laus concedi.

Quid illud autem eſt, quod maximè laudem meretur?

R. Vbi á Deo diſceſſeris, omnium laudū Fonte, Virtus præcipuo quodam iure. Laudem tanquam ſibi vni debitam, vendicat. Præter autem Virtutem, omnes res creatæ laudari poſſint, etiam inanimæ; ſed præ cæteris, Homines laudare ſolemus.

Propter quæ Homines laudantur?

R Propter bona, quibus ornantur.

Quæ Bona illa ſunt?

R. Alla ſunt Bona fortunæ, ut opes, potentia,

tia, dignitas, nobilitas patria; Alia Bona corporis, scilicet, pulchritudo, robur, sanitas; Alia sunt Animi Bona, ut Scientia, & Virtus. Ex his omnibus bonis vnicum est, quod semper laude dignum est, nimirum Virtus? Reliqua verò, eatenùs merentur laudem, quatenùs iis ad recte laudabiliterque viuendum utimur: alioqui vituperationi sunt obnoxia.

Quid igitur est faciendum, ei qui laudare quempiam velit.

R. 1. Bona illa omnia quæ possidet, enumeranda, & verbis exornanda sunt. 2. Contrariorum oppositione, augebitur Laudatio; si ostendas eum, quem ornas, immunem esse ab omni labe vitiorum, quæ alios dedecorant. 3. Comparatione quoque laus crescet, si eum præclarissimis quibusque viris componas, atque etiam, si merebitur anteponas.

VITVPERATIO quæ oratio est, mala alicujus enumerans, eodem prorsus modo fieri solet, quo Laudatio.

Exempla tam laudis, quàm vituperij, plurima toto hoc in libello sparsa reperies; nullum propterea hic oppono. Nec de DESCRIPTIONE, quicquam ex Aphthonio subijcio, non tantùm quia nullis præceptis cõtinetur, eademque fermè Descriptioni, quæ Narrationi conueniunt, & cum Ethopœia, eadem prorsus est; sed etiam quia molior Opusculum, Descriptionibus varijs, & loquendi formulis, ad præcipuos quosque locos communes, ut ad Bellica, Nautica, Rustica, &c. pertinentibus, contexendum, quo haud scio an quicquam sit æquè necessariũ Rhetoricæ Candidatis. Alterum item, varia Orationum genera, præsertim in genere laudatiuo, complectens, eadem, si Deo cordi fuerit, cui sit uni.

Laus ab omnibus sine fine.

INDEX TITVLORVM.

ELEMENTA RHETORICÆ,

tredecim Capitulis comprehensa.

PROGYMNASMA I.

De Periodo.

PROGYMNASMA II.

De Figuris.

PRO-

PROGYMNASMA III.

De Amplificatione.

PROGYMNASMA IV.

De Fabula, & Narratione generatim.

PROGYMNASMA V.

De Fabula.

PRO


PROGYMNASMA VI

INDEX

Rerum hoc Opusculo contentarum.

Inuidia

Pueritia



Reimprimatur
Vic. S. Visic. Genuæ.

1670. 26. Augusti.

Reimprimatur
Ex auctoritate Excellentiss. & Illustriss. Magistratus Inquisitorum Status.

Io. Franciscus Castagnola Cancell.





